Sig+num Alisendis de Ponte. Sig+num Dulcie s[...]us eius. Sig+num Guillelmi filii dicte Alisendi qui nos antedicti firmamus hoc et laudamus atque juramus. Sig+num Guillelmi de Sala. Sig+num Andree de Caneto. Sig+num Arnaldi de Cabaya qui nos predicti firmamus hoc et laudamus. Sig+num Sancie uxoris dicti Guillelmi de Sala. Sig+num Ermessendis uxore [dicti] Andree. Sig+num [Daminguet] uxore dicti Arnaldi de Cabanya que nos omines predicte firmamus hec laudamus et renunciamus etiam quantum ad predicta nostris sponsaliciis.

Testes autem huius rei sunt Raimundo de Campins, Bernardus de Valalta, Ferrarius de Sala, clericus, et Bernardus Vives.

Sig+num Guillelmi Ahemarii presbiteri et publici notarii termini castri de Monte Palacio qui hoc scripsit cum literis appositis in · X · linea ubi dicitur “quisque nostrum per toto” et cum dampnatis in · XIIII · linea die et anno quo supra. SSS.

**49889 NR 114**



**1296 gener 23.**

***Capítols matrimonials.*** *Bernat Tolrà, fill de Guillem Tolrà, de Vilassar, reconeix a Agnès, filla de Guillem Carbonell i germana de Pelegrí Carbonell, haver rebut la quantitat de 800 sous per dot i li fa un escreix de 400 sous, posant com a garantia el mas Tolrà.*

*A* *Pergamí original (269 x 217 mm.): AMVM, pergamí núm. 114, registre núm. 49889.*

Sit omnibus notum quod ego Bernardus Tolrani filius Guillelme Torrane de parrochia Sancti Genesii de Vilassario confiteor et recognosco tibi Agneti filie Guillelmi Carbonelli quam cupio ducere in uxorem que arulisti michi tempore nuptiarum nostrorum et ego habui et recepti pro rem in dotem scilicet per manus matris tue et Pelegrini, fratris tui, octingentos solidos

monete Barchinone de terno. Super quibus renuncio exceptioni non numerate pecunie et dotis non tradite et non recepte et doli.

Et propter hanc dotem pro michi traditam ego facio tibi augmentum et donationem propter nupcias de quadringentis solidos monete predicte. Et sic sunt in summa inter dotem et augmentum, quod tibi facio, mille ducenti solidos quos tibi et tuis assingo, habendos et recuperandos, super totum meum mansum vocatum Tolra et super honores et pertinencias eiusdem quem habeo in predicta parrochia et teneo per Berengarium de Sancto Vincentio. Et generaliter super omnia alia bona mea mobilia et immobiia quem modo habere et quem Deo darem te vivente habitus sum. Que omnia de presenti tibi et tuis obligo per predictis ut habeas, teneas, possideas et explotes potenter et integre jure tui sponsalicii cunctis diebus vite tue mecum et sine me, et cum infante et sine infante, et cum marito et sine marito. De quibus habeas ad tuam voluntatem cum infante quadringentos solidos et totum residuum revertatur proli ex me in te procreate si viva superstes fuerit. Si autem proles de me in te procreata viva superstes defuerit et contingerit te descedere anteque meus habeas ad tuam voluntatem dictos quadringentos solidos et residui quadringenti solidos tue dotis revertantur predictis matri et fratri tuis vel eorum heredibus in manso Carbonelli. Augmentum vero quod tibi facio michi revertatur. Verum si ego descendere antequem cum nullus poroximus meus filius nec aliquis alius possit te e[...] de manso meo et suis pertinentiis et tenedonibus nec etiam de aliquibus aliis bonis meis donet tibi primo dederit et persolverit dictos mille ducentos solidos pro quibus predictus meus mansus cum suis honoribus et pertinentiis et omnia alia bona mea tibi et tuis remaneant obligata et non computentur tibi fructus in sortem solutionis instrumento habeas illos pro matrimonii honorem supportando. De quibus post obitum tuum reciperet proximi mei illi quibus ego dimisero verbis vel testamento quadringentos solidos quos tibi facio de augmento. In hiis autem sit salvum ius et dominium domini supradicti. Ad hoc ego Agnes predicta gracis consententies in predictis laudo, approbo et firmo omnia et singula supradicta.

Actum est hoc · X · kalendas febrarii anno · [Mº] · CCº · nonagesimo · VIIº ·

Sig+num Bereguarii de Santo Vincencio qui hoc firmo. Sig+num domina uxor sua Saurina. Testes ugus rey sunt Guillelmus Morot, Bernardus Isarn, Petrus Gurau.

Sig+num Arnaldus de Monteserrato rector ecclesie de Vilassario qui hoc fecit scribere die et anno.

**49887 NR 127**



**1305 octubre 13.**

***Testament.*** *Pelegrí Carbonell fa testament, escull per marmessors a Bernat de Pi i Bernat Tolrà. Nomena hereu universal al seu fill Guillem i usufructuaria a la seva esposa.*

*A Pergamí original (260 x 183 mm.): AMVM, pergamí núm. 127, registre núm. 49887.*

Quoniam nullius in carne positus mortem evadire potest. Id circo ego Pelegrinus Carbonelli positus in magna egritudine timens periculum morti [tamen] in meo pleno sensu et memoria integra facio et ordino meum testamentum in quo ligo manumissores meos scilicet: Bernardi de Pinno et Bernardi de Tolra quibus rogo quod ipsi desribuant omnia bona mea sicut inferius invenerint ordinatum.

Primum mando restitui de bonis meis post obitum meum omnis meas injurias in quibus ego tenerent apparenter in possunt probari per testes aut alias legitimas declarationes volo quod de bonis meis plenarie restituantur.

Accipio a bonis meis centum solidos barchinonensis de terno de quibus dimito domino Deo et Sancto Genessio animam meam ad gubernandum rectorius meum ad sepeliendum in ciminterio predicti cum · IIII or · solidos. Item dimito domino meo priorem Sancti Pauli de Maritima · II os · solidos. Item dimito altari Sancte Marie · XII · denarios. Item Sancti Nicholao · VI · denarios. Item Sancte Cruce · II · denarios. Sancto Salvatoris · VI · denarios. Item Sancto Cristoforo · IIII · denarios. Item candel Sancte Marie · IIII · denarios. Item Sedis Barchinone · IIII · denarios. Item captivis · IIII · denarios. Item dimito domino Berengario de Sancto Vincencio · II · solidos. Item Petro de Monte Tornessio quatuor denarios. Item Sancti Petri de Clarano · II · denarios. Item Gillelmo Vives · II · denarios. Item Berengario de Solerio · I · denario. Item Berengario Amati · I · denario. Item dimito filio meo Guillelmo · X · solidos. Item dimito Berengario et Petro filios meos · X · solidos unicumque. Item dimito filias meas · V · solidos et maritetur de bonis dicti mansi ad cognicionem amicorum meorum et secundum posse dicti mansi. Item dimito filia mea maiori illas illas domos meas quas ego haveo apud Barchinona et si ipsam non erat idonea mitetur illa que videtur meliorem. Item dimito sororosibus meis · II · solidos unicumque. Item recognosco uxor mea [Surini] sponsalitium et sit domina et potentisima omnibus diebus vite sue si manet sine marito.

Item facio heredem universalem Guillelmum filium meum de omnia bona mea et si dictum Guillelmum dececerit sine prole legitima revertantur dicta bona mea unum post alium.

Actum est hoc tercio idus octobris anno Domini · Mº · CCCº · quinto.

Sig+num Pelegrini Carbonelli qui hoc laudo et firmo.

Testes huius rei sunt Bernardus de [...], Arnaldus de Monsarrato et Guillelmus Vives. Sig+num Bernardi de Pinu. Sig+num Bernardi Tolrani manumissores predicti qui hoc laudamus et firmamus. Testibus supradictis.

Sig+num Petri Arnaldi clerici, notarii publici per domino Berengario de Sancto Vincencio qui hoc scripsit et clausit die et anno quo supra.

[*Verso*] Testamentum Pelegrini Carbonelli.

**49854 NR 650**



**1306 desembre 10.**

***Establiment.*** *Berenguer de Soler i la seva muller Guillelma, ambdós de la parròquia de Sant Genís de Vilassar, sots estableixen a Guillem Carbonell, de Sant Genís de Vilassar, una peça de terra anomenada "Feixa de Fossa" que tenen per Berenguer de Sant Vicenç. El cens serà de dos diners a l'any i l'entrada de 40 sous.*

*A* *Pergamí original (200 x 265 mm.): AMVM, pergamí núm. 650, registre núm. 49854.*

Sit omnibus notum quod nos Berengarius de Solerio et uxor eius Gillelma, de parrochia Sancti Genesii de Vilassar, damus et stabilimus per nos et nostros tibi Guillelmo Carbonell de Sanct /[2] Crist eiusdem parrochie et tuis et progenie atque posteritati tue perpetuo totum illum honorem nostrum que habemus in dicta parrochia in plano de Cabrils in loco vocato "Fexia /[3] de Fossa" et tenemus per dominum Berengarium de Sancto Vincencio.

Sicut terminatur ab oriente in honore de na Felia de Cabrera, a meridie in vestram tenedone, ab occidente in /[4] honore Guillelmi Vives a circio in tenedonibus Guillelmi Geraldi, Bernardi Flor et Berengarii de Roudorio.

Per dictum itaque honorem cum introitibus, exitibus et pertineciis /[5] et cum arboribus diversorum generum tu et tui et progenios atque posteritas tua perpetuo habeatis, teneatis et possideatis pacifisci et quiete sub tale tamen condi-/[6]tione quod [..] dabitis nobis et nostris annu[...] in feste Sancte Crucis mensis may duos denarios Barchinone de terno, nullum alium censum, cervicium vel agrarium te-/[7]neamini pro inde prestare. In hiis vero non proclametis nec faciatis alium dominum nisi nos et nostros et dictum dominum Berengarium de Santo Vincencio et suos liceatque tibi /[8] et tuis post dies · XXX · ex quo in nobis vel in nostris et in dicto domino Berengario de Sancto Vincencio et suis faticati fueritis presentem adquissisionem cum /[9] omnium melioramentum quod ibi feceritis positis vendere vel impignorare tuo consimili et tuorum, salvo tamen semper iure dominio mei et meorum et dicto domini Berenga-/[10]rii de Sancto Vicencio et suorum.

Pro hac autem donationem et stabilimento habimus et recepimus a te quadraginta solidos Barchinone de terno super quibus quod bene /[11] pactati sumus. Renunciamus exceptioni peccuniem non numerate pro minus in super tibi quod faciemus te et tuos dictam adquisitionem cum omni melio-/[12]ramenta quod ibi feceritis tenere, habere et possidere in pace perpetuo contra omnis personas. Et pro hiis complendis obligamus tibi et tuis utaque in-/[13]solidam omnia bona nostra mobilia et inmobilia, habita et habenda. Renunciantes nova constitucioni et beneficio dividendere actionis et specialiter ego /[14] [dicti Guillelme] [...] de jure meo renuncio quantum ad hoc doti mee et sponsalicio et beneficio velliarum senatus consulti et juri ypotecharum mearum /[15] [et omnia] alia jura, rationi et consuetudini contra hec repugnantibus.

Actum est hoc · IIIIº · idus decembris anno Domini · Mº · CCCº · VIº ·

Sig+num Berengarius /[16] de Solerio. Sig+num Guillelme uxoris eius qui hoc laudamus et firmamus. Sig+num Berengarii de Sancto Vincencio. Sig+num domine Saurine uxoris /[17] eius qui hoc laudamus et firmamus ratione domini.

Testes huius rei sunt Gaucerandus de Munsuriu, Berengarius Subira et Geraldus Cortessi. /[18]

Sig+num Petri Arnaldus clerici notarii publici per domino Berengario de Sancto Vincencio in suo termino qui hoc scripsit et clausit dicto /[19] anno quo supra.

**49901 NR 113**



**1308 octubre 20.**

***Renovació d'establiment.*** *Berenguer de Sant Vicenç, senyor del castell de Sant Vicenç, estableix de nou el mas "Barata", amb diverses peces de terra, a Guillem Carbonell, de la parròquia de Sant Genís de Vilassar. Dit mas està situat a dita parròquia de Sant Genís de Vilassar al lloc anomenat Sant Crist.*

*A Pergamí original (438 x 340 mm.): AMVM, pergamí núm. 113, registre núm. 49901.*

Sit omnibus notum quod nos Berengarius de Sancto Vincencio, dominus castri de Sancto Vincencio, gratis et ex certa sciencia per nos et nostros presentes et futuros laudamus, approbamus et confirmamus atque de novo damus et stabilimus vobis Guillelmus Carbonelli de parrochia Sancti Genesii de Vilaçar et vestris et progennei atque posteritati vestre perpetuo mansum nostrum vocatum "Barata" cum omnibus honoribus et possessionibus suis cultis et heremis in montibus et planis et cum arboribus diversorum generum que ibi sunt et erunt et cum introitibus, exitibus, iuribus et pertinentiis suis quem habetis in dicta parrochia in loco dicto Sanctus Christus quemque vos antecessores vestri per nos et antecessores nostros longo tempore teneantis.

Hanc autem laudacionem, apporbationem et confirmationem atque novam donationem et stabilimentum facimus vobis et vestris et quibus volueritis perpetuo de predictis sicut melius dici potest et intelligi ad vestrum vestrorumque salvamentum et bonum intellectum. Sub tali tamen conditione quod de omnibus fructibus panis quos Deus dederit in honoribus dicti mansi qui sunt in montibus detis vos et vestris nobis et nostris perpetuo tascham et braciaticum et de fructibus vini tascham fideliter.

Sunt autem predicti honores hii qui sequntur videlicet: quedam pecia terre que est "ad Çayol". Et terminatur ab oriente in tenedone mansi de Riaria, a meridie in tenedone mansi Bargay, ab occiduo in tenedone Berengarii Amat, a circio in tenedone Romei des Sabaters de Orrius.

Et alia pecia terre que est a "ça pinsanera". Et terminatur ab oriente in tenedone Berengarii Amat, a meridie in tenedone Guillelmi Amat, ab occiduo et a circio in tenedone mansi de Trilea.

Et alia pecia terre que est a "ça ma mulnera". Et terminatur ab oriente in tenedone mansi Bargay, a meridie in tenedone mansi de Erolis, ab occiduo in tenedone mansi Ermengaudi, a circi in tenedone mansi Rafart.

Et alia pecia terre que est in loco dicto "Briu". Et terminatur ab oriente in tenedone mansi Bargay, a meridie in tenedone mansi de Casalibus, ab occiduo in tenedone mansi Ferret, a circio in tenedone mansi Geraldi.

Et sub tali etiam contitionem quod de omnibus fructibus panis quos Deus dederit in honoribus dicti mansi, qui sunt in plano, detis vos et vestris nobis et nostris perpetuo quintum et braciaticum, et de fructibus vini quintum.

Sunt autem predicti honores hii qui sequntur videlicet: quedam pecia terre partim cum vinea plantata et partim ad plantandum que est in loco dicto Casals. Et terminatur ab oriente in riaria de Cabrils, a meridie in tenedone mansi Raffart, ab occiduo in tenedone mansi Marquesii, a circi parti in tenedone mansi Solva et parti in tenedone mansi de Casalibus et parti in tenedone mansi Tolrani.

Et alia pecia terre parti plantata et parti ad plantandum que est in loco dicto "Comadoat". Et terminatur ab oriente in tenedone mansi Flor, a meridie in tenedone quam mansus Vehil de Cabrils et mansus "çes Heroles" pro indiviso tenent, ab oriente et a circio tenedone mansi Vehil de Sancto Christo et mansi Vehil de Cabrils.

Et alia pecia terre partim cum vinea plantata et parti ad plantandum que est in eodem loco. Et terminatur ab oriente in tenedone mansi de Solerio, a meridie in tenedone mansi Geraldi, ab occiduo in tenedone "den Morell", a circio in tenedone mansi de Roudorio.

Et quidam campus qui est in plano de Vilaçar. Et terminatur ab oriente in tenedone mansi de Villario, a meridie in tenedone mansi de Trilea, ab occiduo in tenedone mansi Flor de Sancto Christo, a circio in residuo alodio nostro.

Et quedam pecia terre que est in loco dicto "falconera". Et termintatur ab oriente in riaria de Puteo, a meridie in tenedone mansi Flor, ab occiduo in tenedone mansi de Casalibus, a circio in tenedone mansi de riaria de Cabrils.

Et quidam campus qui est in loco dicto "Campmajor". Et terminatur ab oriente in tenedone mansi Amat de Cabrils, a meridie in tenedone mansi Ermengaudi, ab occiduo in tenedone Simonis de Trilea, a circio in tenedone mansi de Roudorio.

Et quedam fexia terre que est in loco dicto "limda". Et terminatur ab oriente et meridie et a circio in tenedone mansi Rafart ab occiduo in tenedone mansi Geraldi.

Et alia fexia terre que est in dicto loco. Et terminatur ab oriente in tenedone dels [Goyeres], a meridie parti in tenedone mansi Vives et parti in tenedone mansi de Roudorio, ab occiduo in tenedone mansi de Casalibus, a circio in tenedone mansi Rafart.

Et quedam pecia terre que est ibidem. Et terminatur ab oriente et meridie in tenedone mansi de Roudorio, ab occiduo in tenedone mansi de Casalibus, a circio in tenedone mansi Vives.

Et alia pecia terre que est ibidem. Et terminatur ab oriente parti in tenedone mansi Tolra et parti in tenedone de "na Erola", a meridie in tenedone mansi Vehil de Cabrils, ab occiduo parti in tenedone mansi Vehil de Sancto Christo et parti in tenedone mansi de Letone, a circio in tenedone mansi de Roudorio.

Et sub tali etiam conditione quod pro censu cuiusdam pecie terre que est in loco dicto "falconera". Et terminatur ab oriente et meridie in tenedone mansi de Casalibus, ab occiduo in riaria de Puteo, a circio in tenedone quam mansus Vehil et mansus de Herolis pro indiviso tenent.

Et alterius pecie terre que est in loco dicto "Olivera". Et terminatur ab oriente in tenedone "den Deushovol", a meridie in tenedone mansi Raffart, ab occiduo in tenedone mansi Geraldi, a circio in tenedone mansi Raffart.

Detis et solvatis vos et vestri nobis et nostris annuatim perpetuo in festo sanctorum Petri et Felicis augusti mediam quarteriam frumenti ad mensuram Granullariorum.

In his autem non proclametis neque faciatis vos vel vestri alium dominum nisi tamen nos et nostros liceatque vobis et vestris post dies triginta ex quo in nobis vel nostris faticam inveneritis predicta omnia et singula cum omni melioramento quod in eis feceritis vos vel vestri vendere, inpignorare sive alienare vestro consimili et vestrorum. Salvo tamen semper in predictis censu, iure, agrario, dominio et fatica triginta dierum nostri et nostrorum.

Pro hiis autem laudacionem, approbationem et confirmationem atque nova donatione et stabilimento havimus et recepimus a vobis decem solidos monete Barchinone de terno.

In quibus renuntiamus exceptioni pecuniem non numerare et non solute et doli. In super promittimus vobis quod predicta omnia et singula faciemus vos et vestos et quos volueritis habere, tenere et possidere in pace perpetuo contra omnes personas. Et pro hiis complendis obligamus vobis et vestris omnia bona nostra mobilia et immobilia, habita et habenda.

Ad hec nos Saurina uxor dicti Berengarii de Sancto Vincencio laudantes et aprobantes omnia supradicta et singula convenimus et promittimus vobis dicto Guillelmo Carbonelli et vestris quod nunquam contra pre[...] aliqua de predictis [...] aliquo iure causa, vel ratione. Renunciantes quantum ad hec ex certa scientia omni iuri, ratione et consuetudini contra hec repugnantibus.

Actum est hoc terciodecimo kalendas novembris anno Domini millessimo trecentesimo octavo.

Sig+num Berengarium de Sancto Vincencio. Sig+num Saurine uxoris eius predictorum qui hec laudamus et firmamus. Testes huius rei sunt Bernardus de Casalibus, Berengarius Amati, Monsseratus Gomila et Franciscus Ferriolli.

Sig+num Francisci de Villa notarii publici Barchinone qui hec scribi fecit et clausit cum literis rasis et emendatis in linea · V · ubi scribit "hii qui" die et anno quod supra.

[*Verso*] Precari del Mas Barata firmat per Berenguer de Sant Vicens a Guillem Carbonell [...]

**49910 NR 110**



**1315 agost 27.**

***Capítols matrimonials.*** *Guillem, fill de Pelegrí Carbonell, de la parròquia de Sant Genís de Vilassar, signa capítols matrimonials amb Gillelma, filla de Bernat de Casals. Aquesta aporta en dot 1500 sous i Guillem li fa un escreix de 750 sous.*

*A Pergamí original (284 x 408 mm.): AMVM, pergamí núm. 110, registre núm. 49910.*

In Dei nomine. Sit omnibus notum quod ego Guillelmus filius Pelegrini Carbonelli, quondam, et de uxoris eius D[ul]cia, de parochia Sancti Genessi de Vilassario, confiteor et re[cognosco Guillel]me filie Bernardi de Cassalibus et de uxoris eius Guillelme /[2] sponseque me, de predicta parochia, quod atulisti michi tempore nupciarum nostrarum et ego habui et recepi a te seu parte in dotem per manus fratri tui, Guillelmi de Cassalibus, mille quingentos solidos Barchinone de terno super quibus renuncio exceptioni /[3] peccuniem non numerate et non recepte et doli. Et propter hanc dotem a te seu parte michi traditam ego facio tibi augmentum et donationem propter nupcias de septingentos quinquaginta solidos eiusdem monete. Et sic sunt in summa inter dotem et aucmentum /[4] duo milia et ducentos quinquaginta solidos quos tibi et tuis assigno habendas et recuperandos super totum mansum meum Carboneli et honores, possessiones et pertinenciis eiusdem quem habeo in dicta parrochia sup dominio et alodio /[5] monasterii Sancti Pauli de Maritima et sui prioris. Et generaliter super omnia alia bona mea mobilia et inmobilia, habita et habenda que modo habeo et que Deo dante vivere habiturus sum

que omnia tibi et tuis obligo /[6] pro predictis sit quod omnia ipsa bona mea habeas, teneas et possideas et expletes potenter et integriter iure tui sponsalicii cuntis diebus vite tue cum infante et sine infante et cum marito et sine marito de quibus habeas ad /[7] tuam voluntatem quingentos solidos. Et totum [residuum] remaneant et revertantur proli de me in te procreate si viva supertes fuerit. Si autem proles de me inte procreata viva supertes de fuerit et contingerit te decedere ante quam me habeas ad tuam /[8] voluntatem quingentos solidos. Et incontinenti post hobituum tuum recuperet predicit fratri tui vel heres eius universalis in manso patris tui residuos mille solidos tue dotis aucmentum vero quod tibi facio michi in hoc /[9] casu remaneat et revertantur. Verum si ego decessero ante quam tu nullus proximus meus filius vel aliquas possit te eicere de predicto manso meo et suis pertinenciis et possessionibus nec etiam de aliquibus bonis meis /[10] donet tibi primo tradiderit et persolverit duobus milla [ducentos] quinquaginta solidos pro quibus predictos meus mansus est obligatus cum omnibus pertinenciis et possessionibus et omnia alia bona mea tibi et tuis remaneant obli-/[11]gata et non computando tibi fructus insortem solucionis instrumento. Habeas ipsos pro matrimoni honore subportando de quibus recuperent post obitum tuum proximi mei quibus ego dimisera verbis vel tes-/[12]tamento septingentos quinquaginta solidos quos tibi facio de aucmento in predictis autem sit salvus ius et dominium domini pro quo tenetur.

Actum est hoc · VI · kalendas septembris anno Domini millesimo /[13] trecentessimo quinto decimo.

Sig+num Guillelmi Carbonelli qui hoc laudo et firmo.

Testes huius rei sunt Petrus de Vaylo, Bernardus Flor et Guillelmus Bertomeus. /[14]

Sig+num fratris Arnaldus prioris monasterii Sancti Pauli de Maritima qui hoc laudo et firmo salvo tamen iure dicti monasterii iuribus. /[15]

Sig+num Petri Arnaldi, clerici, qui de mandato Arnaldo de Monte Sarrato, rectoris ecclesie Sancti Genessi de Vilaçario, hoc scripsit et clausit cum literis appos[itis] in /[16] septima linea ubi dicitur: “residum”, et cum literis rassis et esmandatis in · X · linea ubi dicitur: “duobus”, et cum literis apponitis in eodem linea ubi dicitur: “ducentos” die et anno /[17] quo supra. SSS.

**49873 NR 661**



**1321 gener 6 ***

***Testament.*** *Dolça Carbonell, de la parròquia de Sant Genís de Vilassar, fa testament i nomena marmessors a Guillem de Casal, Bernat Tolrà i el seu fill Guillem Carbonell. Nomena hereu universal al seu fill Guillem.*

*A* *Pergamí original (222 x 219 mm.): AMVM, pergamí núm. 661, registre núm. 49873.*

In dei nomine ego Dulcia Carbonella de parotxia Sancti Genesii de Vilassario egritudine detenta tamen in meo pleno sensu et integra memoria facio meum testamentum in quo eligo manimasores meos Guillelmum de Casalibus et Bernardus de Tolra et Guillelmum Carbonelli filium meum, de eadem parotxia, quibus rogando precipio eorum [si] me mori contingerit ante quam aliud faciam testamentum ipsi dividant et ordinent de bonis meis sicut inferius ordinatum invenerint.

Primo […]lo et [...]do ex omnia [d]ebita mea solvantur et omnia in iuria restituantur que probari poterint. Accipio pro anima mea et sepultura me facienda · C · XXX · solidos de quibus dimito ecclesie Sancti Genesii de Vilasario cum corpore meo sepeliendo · IIII · solidos. Item priori Sancti Pauli domino meo · II · solidos. Item Berengario de Sancto Vincencio · XII · denarios. Item Sancte Marie et Sancti Nicolay cuilibet · XII · denarios. Item Sancto Christophori · XII · denarios. Item Sancte Crucis et Sancto Salvatori cuilibet · VI · denarios. Item priori de Clarano · IIII · denarios. Item Petro de Monte Tornesio · IIII · denarios. Item an Vives · II · denarios. Item omnibus [peribus teras] teneo cuilibet · II · denarios. Et item cuilibet filiarum mearum · II · solidos et istas in istis et quos et iam habuerunt heredes instituo. Item candele Sancti Genesi · VI · denarios. Item scedi Barchinone · VI · denarios. Item captivis · VI · denarios. Item dimito et Bernardo et Petro filiis meis et cuique · C · solidos racione legitime materne et siquis ipsorum

sine prole legitimi conjugii deceserit predicti centum solidi revertantur dicto manso vel eredi eius facta autem mea sepultura totum residuum dictorum · C · XXXta solidorum detentur in misis et piis causis ad congnitionem dictorum manimesorum meorum. Tamen dimito cuilibet dictorum manimasorum · III · solidos ratione manimasuriem cetera.

Autem bona mea mobilia et inmobilia abita et abenda dimito Gillelmo filio meo et ipsum heredem universalem instituo.

Hoc est ultima mea voluntas quam volo [vale]re racione testamenti.

Actum est hoc anno Domini · Mº · CCC · vicesimo · octavo ydus iannuarii.

Testes huius rey sunt Guillelmus de Casalibus, Bernardus de Ponte, Ferarius Saura.

+ Signum Jacobi de Canemas presbiteri qui de mandato Arnaldi de Monteserato hoc feci et clausi.

*** NOTA:** *El problema de datació d'aquest document és que l'any està escrit primer que el dia del mes i hem de discernir si el "vicesimo octavo" es refereix a l'any o bé al dia del mes.*

*És "1320. Vuit idus de gener"?. O és "1328. Idus de gener"?*

*Com que hi ha un punt volat entre el "vicesimo" i l'"octavo", que separa les dues paraules, ens podem inclinar per la primera opció: "1320. Vuit idus de gener".*

*En tots dos casos, però, sempre cal sumar un any perquè està datat per l'any de l'Encarnació (anno Domini) i entre l'1 de gener i el 24 de març cal sumar un any.*

*Per tant la data és: 1321 gener 6.*

**49892 NR 102**



**1321 agost 23.**

***Heretament.*** *Guillem de Mas, de la parròquia de Sant Martí de Mata, fa donació a la seva filla Gillelma del mas anomenat Mas com a dot matrimonial, herència i legítima paterna i materna. Aquest mas el posseeix sota domini de Romeu Llull, ciutadà de Barcelona.*

*A Pergamí original (340 x 246 mm.): AMVM, pergamí núm. 102, registre núm. 49892.*

Sit omnibus notum quod ego Guillelmus de Manso de parochia Sancti Martini de Mata cupiens quod tu Guillelma filia mea matrimonium contra has et filias pro heres ex legitimo matrimonio celebrato.

Id circo gratis et excerta scientia dono concedo et heredito tibi dicta filia mea et tuis perpetuo pura et perfecta donatione no revocabiliter inter vivos pro hereditate et legitima paterna et materna ad diem nupciarum tuarum mansum meum vocatum de Manso cum omnibus honoribus possessionibus et tenedonibus suis cultis et heremis in montibus et planis per omnia loca quem habeo et teneo per dominum Romeum Lulli civis Barchinone sub dominio et alodio eius.

Hanc autem donationem facio tibi et tuis sicut melius dici potest et intelligi ad tuum tuorumque salvamentum et bonum intellectum. Extrahendo hoc omnia et singula de meo meorumque jure, dominio et posse et in tuum tuorumquod jus, dominium et posse mito et transfero irrevocabiliter. Retineo tamen michi in hac donatione quod ego simul tetum et cum Bernardo filio Guillelmo Vives /[7] et uxor eius Ermessendis de parochia Sancti Genessi de Vilaçario sim domini et potens horum omnium predictorum que tibi dono usufructuario jure quam di[...] et tu et /[8] dicto marito tuo diligatis et honoretis me tanquam reverendissimo pater et ego vos tanquam reverendissimos filios et solvamus de comuni omnia de bita que ibi nomine de bonus. Si vero quod /[9] ab sit discordia insurrexerit in terme et vos ita quod non possemus in simul cohabitare vel laudere proborum hominum concordare retineo michi mediatatem horum hominum que /[10] tibi dono et medietatem dotis martitui quod in tempore divisionis erit ad solvendum post hobitum vero meum revertatur proprietati tue et tuorum ad omnem tuam tuorumque/[11] voluntatem ex[...] inde libere faciendam sine contradictione et obstanculo mei et ullius persone.

Item retineo michi per meis voluntatibus faciendis cum Guillelmo et Petro/[12] filiis meis ducentos solidos. [Item volo quod filia mea Elicendis maritetur secundum posse dicti mansi et ad cognitione amicorum meorum]. Et anc presens donatio majori gaudent firmitate in duco te in coporalem possessionem renuntiantos quantum ad hoc ex certa scientia legi dicenta donationem posse ex causa ingratitudinis revocari et omni alii juri ratione et consuetudini contra hec repugnantibus. Ad majorem vero cautelam juro per Deum et eius sancta · IIII or · evangelia corporaliter tacta predicta omnia et singula rata et firma habere et in aliquo non contravenire aliquo jure causa vel ratione. Salveter in dicto manso et suis honoribus jus et dominium dominorum per quo tenentur.

Actum est hoc · Xº · kalendas septembris anno Domini · Mº · CCCº · XXIº ·

Sig+num Guillelmi de Manso qui hec firmo et juro. Testes huius rey sunt Guillelmus Mascurdi, Bernardi Flor et Petrus de Vaylo.

Sig+num Petri Arnaldi clerici notarii publici per domino Guillelmo de Santo Vincentio in termino suo qui hoc scripsit cum literis apponitis in linea · XII · ubi dicitur "item volo quod filia mea Elicendis maritetur secundum posse dicti mansi et a cognitione amicorum meorum", et clausit die et anno quod supra.

**49891 NR 125**



**1323 novembre 24.**

***Rebut.*** *Gerard Pere, de Llavaneres, reconeix haver rebut de Guillem Carbonell, de Vilassar, 900 sous dels 1400 que prometé pagar per la dot de la seva germana Beatriu Carbonell.*

*A* *Pergamí original (176 x 137 mm.): AMVM, pergamí núm. 125, registre núm. 49891.*

Sit omnibus notum quod ego Gerarldus Petris de parrochia Sancte Andree de Lavaneris confiteor et recognosco vobis Guillelmo Carbonelli de parrochia Sancti Genesii de Vilasar et vestris quod de illis mille quadringentis solidos monete Barchinone de terno quos mihi dare et solvere promisistis per dote et exovario Beatricis sororis vestri dicti Guillelmi Carbonelli, uxorisque mei dicti Garaldi Petris, solvistis mihi bene et plenarie ad meam voluntatem, tam cum alberanis quam sine alberanis, nongentos solidos monete predicte unde renunciando exceptioni non numerate pecunie et non recepte et doli. Facio vobis et vestris de predictos nongentus solidos bonum et proprium finem et pactum de non petendo sicut mellius dici potest et intelligi ad vestrum vestrorumque salvamentum et bonum intellecdtum et sine omni inganeo.

Actum est hoc octavo kalendas decembris anno Domini millesimo · CCCº · vicessimo tercio.

Sig+num Garaldi Petri predicti qui hoc laudo et firmo.

Testes uius rei sunt Guillelmus Sala, Petrus Sola presbiter et Simon filius Jacobi Simonis.

Sig+num Jacobi Net notarii publici auctoritate regia per totam terram et dominationem domini regis Aragonum et per singular loca jurisdiccione et diccioni ipsius domini regis subjecta qui hoc scribi fecit et clausit die et anno prefixis.

**49865 NR 690**



**1330 novembre 9.**

***Rebut.*** *Clara de Roca, de la parròquia de Sant Martí de Teià, reconeix haver rebut del seu marit Pere Carbonell i del seu cunyat Guillem Carbonell, de la parròquia de Sant Genís de Vilassar, 1700 sous en concepte d'escreix pel seu matrimoni.*

*A* *Pergamí original (242 x 370 mm.): AMVM, pergamí núm. 690, registre núm. 49865.*

Sit omnibus notum quod ego Clara de Rocha de parrochia Sancti Martini de Tayano concedo et recognosco vobis Petro Carbonelli de parrochia Sancti Genesii de Vilasario quem dicem debeo in maritum et vestris quod habui et recepi a vobis et pro vobis per manus Guillelmi Carbonelli fratris vestri et [atulistis] michi in nomine tempore nupcias nostrorum mille septingentos solidos monete Barchinone de terno quos confiteor a vobis et pro vobis et per manus dicti fratris vestri habuisse et recepisse et eosdem convertisse in comodum et utilitatem mansi mei vocati Mansi Novi iurium et pertinentiarum eiusdem et omnium aliorum bonorum meorum unde renuncio quantum adhoc exceptioni peccunie non numerate et non recepte et dotis predicte dictorum mille septingentos solidos a vobis et pro vobis non habite et non recepte et doli quos quidem mille septingentos solidos predictos dicte dotis vestre vobis et vestris

depresenti asigno habendos possidendos super iam dicto manso meo vocato Manso Novo et juribus et pertinenciis eiusdem quem habeo in dicta parrochia Sancti Martini de Tayano et teneo sub dominio et alodio venerabilis Jacobi de Roudors. Et super omnibus aliis bonis meis mobilibus et immobilibus, habitis et habendis, que omnia bona mea predicta per dictis mille septingentis solidos dicte dotis vestre vobis et vestris de presenti obligo et habeatis eos omnes teneatis possideatis et expleteris potenter et integre jure vestri sponsalicii cunctis diebus vite vestre mecum et sine me, cum uxore [...] sine uxore, et cum inffante et sine inffante, et sine vinculo alicuius persone de quo vero sponsalicio vestro habeatis cum inffante ad vestram voluntatem faciendam medietatem et altera ipsius medietas post obitum vestrum revertatur inffanti seu inffantibus de vobis in me procurato seu procuratis set si inffans vel inffantes de vobis in me promitus seu procreati superstites defuerint quod ab sit in contingerit nos destediem antequem me vel post me habeatis de predicta dote vestrum ad vestram voluntatem faciendam medietatem et altera hominus medietas post obitum vestrum revertatur dicto Guillelmo Carbonelli fratri vestro vel heredi suo pretercam si ego obiero antequem v[…] nullus meus pro[prius] filius nec alius possit vos [eycere] ab bonis meis predictis donet vobis vel vestris primo dederit et solviter omnes predictos mille septingentos solidos dicte dotis vestra pro quibus omnia bona mea predicta sunt vobis et vestris generaliter obligata non computando vobis nec recipiendo fructus quos inde habueritis seu receperitis in sortem solucionis dicte dotis vestre instrumento habeatis eos ominos percipiatis et leveris in nostra donacione jure vestri sponsalicii et pro omine matrimonii subportando in hiis vero sit salvum jus et dominium dicti venerabilis Jacobi de Roudors et suorum et adhoc ego dictus Petrus Carbonelli [sentis] consencies in predictis predicta omnia laudo, concedo et firmo.

Actum est hoc quinto idus novembris anno Domini millessimo trecentessimo tricesimo.

Sig+num Clare de Rocha predicte que hoc concedo et firmo. Sig+num Petri Carbonelli predicti gratis consencientis in predictis qui predicta omnia laudo, concedo et firmo. Sig+num venerabilis Jacobi de Roudo[rs] predicti qui hoc firmo in manu et posse notarii inffrascripti ratione domini salvo in omnibus iure meo.

Testes huius rei sunt Guillelmus de Calidis, Berengarius Furtuny, Guillelmus [Farolli] et Francischus de Prato.

Sig+num Berengarii de Prato notarii publici Calidarum de Montebonino pro recctore ecclesie dicti loci qui hoc scribi fecit et clausit die et anno prefixis.

**49871 NR 660**



**1333 febrer 21.**

***Rebut.*** *Pere Vehil, de la parròquia de Sant Genís de Vilassar, reconeix haver rebut de Guillem Carbonell, de la citada parròquia, 950 sous en concepte de dot de Guillemona, muller del seu fill Pere.*

*A* *Pergamí original (162 x 168 mm.): AMVM, pergamí núm. 660, registre núm. 49871.*

Noverint universi quod ego Petrus Veyll de parrochia Sancti Genesi de Vilassar confiteor et recognosco vobis Guillemo Carbonell de dicta parrochia que tradidistis et persolvistis mihi ad voluntatem meam inter omnes soluciones quas vos vel alius nomine nostro mihi vel alter nomine mee usque nunc fecistis cum albaranis et sine albaranis nongentos quinquaginta solidos monete Barchinone de terno de illa pecunie quantitate quam mihi dare et solvere promisistis ratione dotis Guillelmone uxori Petri Veyll filli mei. Unde renuncio exceptioni dicte pecunie non numerate et non habite et doli et omni alii juri, rationi et consuetudini contra hoc repugnantibus facio inde vobis et vestris de predictis nongentis quinquaginta solidos per me et meos diffinitionem et bonum et proprium finem et pactum de non petendo sicut melius dici potest et intelligi ad salvamentum et bonum intellectum mei et nostrorum.

Actum est hoc · IX · kalendas marcii anno Domini · Mº · CCCº · XXXº · secundo.

Sig+num Petri Veyll predicti qui hoc firmo.

Testes huius rei sunt Ihoanes de [Toval], presbiter, Bernardi [Tolzam] et Bernardi Salvam.

Sig+num Bartolomei de Hostalrich notarii publici totius termini et jurisdiccionis castri de Matherono qui hoc scripsit et clausit.

**49870 NR 652**



**1338 desembre 14.**

***Rebut.*** *Pere Vehil i el seu fill Pericó, de la parròquia de Sant Genís de Vilassar reconeixen haver rebut de [Guillem] Carbonell, de la citada parròquia, 1400 sous per la dot de Guillemona, muller del dit Pericó.*

*A Pergamí original (112 x 244 mm.): AMVM, pergamí núm. 652, registre núm. 49870.*

Noverint universi quod ego Petrus Veyl et ego Periconus Veyl, filius eius, de parrochia Sancti Genesi de Vilassar confitermur et rocognoscimus vobis […] Carbonell de dicta parrochia quod tradistis et persolvistis nobis inter omnis soluciones ad nostram voluntatem quas nos nec ali nostrum nobis nec alteri nostrum usque […] fecistis cum alberanis et sine alberanis mille quadringentos solidos monete Barchinone de terno de illa pecunie quantitate quam nobis dare et solvere promisistis ratione dotis Guillelmone uxori mei dicti Periconi unde renunciantes exceptioni dicto pecunie non numerate et non habite et doli et omni alii juri rationi et consuetudini contra hoc repugnantibus facimus inde vobis et vestris de predictis mille quadingentis solidos per nos et nostros diffinitionem a bonum et proprium finem et pactum ulterius de non petendo sive de non agendo sicut melius dici potest et intelligi ad salvamentum et bonum intellectum mei et nostrorum et si de cetere alterius albarana de predictis apponerint deleantur et rumpantur et nullam obtineant in se roboris firmitatem et nobis neque nostris non possint in aliquo predicti nunc vobis vel nostris in aliquo [ob...].

Actum est hoc XIX kalendas januari anno Domini · Mº · CCCº · XXXº · VIIIº ·

Sig+num Petri Veyl. Sig+num Periconi Veyl filii eius predictorum qui hoc firmamus.

Testes huius rey sunt Berengarius Dilmer, Petrus Amat et Berengarius Sala.

Sig+num Bartholomei de Hostalricho notarii publici totius termini in jurediccionis castri de Materhono qui hoc scripsit et clausit.

**49905 NR 124**



**1346 agost 6.**

***Rebut.*** *Pere Vehil, de la parròquia de Sant Genís de Vilassar, reconeix haver rebut de Guillem Carbonell, de dita parròquia, 150 sous per la dot de Guillelma, la seva dona.*

*A Pergamí original (98 x 222 mm.): AMVM, pergamí núm. 124, registre núm. 49905.*

Noverit universi quod ego Petrus Veyl, de parrochia Sancti Genisi de Vilassario, confiteor et recognosco vobis Guillelmo Carbonel, de dicta parrochia, quod tradidistis et persolvistis mihi, ad meam voluntatem, centum quinquaginta solidos monete Barchinone de terno de illa peccuniem quantitate quam mihi dare et solvere promisistes ratione dotis Guillelmi uxore mee. Inde renuncio exceptioni dicti peccuniem non numerate et non habite et doli rationi alii iurii rationi et consuetudini contra hoc repugnantibus. Facio inde vobis et vestris de predictis centum quinquaginta solidos, per me et meis, disfinitionem et bonum et ipsium finem et pactum ulterius de non petendo sicut melius dici potest intelligi ad salvamentum et bonum intellectum mei et meorum.

Actum est hoc · VIII · idus augusti anno Domini · Mº · CCCº · XLº · VIº

Sig+num Petri Veyl predicti que hoc firmo.

Testes huius rey sunt Berengari Aguilar, Guillelmi Lulli et Arnaldus de Canali.

Sig+num Bartholomei de Hostalicho publici tocius termini et iurediccionis castri de Materhono notarii et etiam auctoritate regia per totam terram et dominationem illustrissimi domini regis Aragonum qui hoc scripsit et clausit.

**49896 NR 106**



**1347 febrer 11.**

***Testament.*** *Catalina Carbonell, muller de Berenguer de Lledó, de Cabrera fa testament. Nomena marmessors a Berenguer Bartomeu i Arnau Canals, de dita parròquia. Elegeix sepultura al cementiri de l'església de Sant Feliu de Cabrera. Nomena hereu universal al seu pare Guillem Carbonell.*

*A Pergamí original (310 x 310 mm.): AMVM, pergamí núm. 106, registre núm. 49896.*

In Dei nomine. Ego Catelina, uxor Berengaris de Letone de parrochia Sancti Felicis Capraria, Barchinone diocesis, inffirmitate detenta tamen in meo pleno sensit et bona ac integra memoria meum facio et ordino testamentum in quo rogando eligo manumissores et exuqutores meos videlicet: Berengarium Bertumeu et Arnaldum de Canals de dicta parrochia quos ut carius possum de procurator quod si me mori contingerit ante quam aliud faciam testamentum quod ipsi aut unus ipsorum sive eorum dampno et missione distribuant et ordinent de bonis meis pro ut inferius scriptum invenerint et ordinatum.

In primus, et ante cuam, ordino et expresse mando quod omnes mee injurie in quibus teneare secundum Deum et forum mee restituantur et debita que debere persolvantur breviter, simpliciter et de plano sine omni strepitu cause et diffugio malicie que tamen probis poterint pro testes vel justam aut per aliquam aliam legitimam declarationem.

Accipio autem de bonis meis pro anima mea et sepultura ducentos solidos monete Barchinone de terno. Et eligo sepulturam meam in cimiterio ecclesie Sancti Felicis de Capraria unde sum [...] et dimito dicte ecclesie ratione mee sepulture tres solidos. Item dimito dominio meo tereno ratione domini tres solidos. Item dimito cuilibet altarium qui sunt in dicta parrochia duos denarios. Item dimito ratuli dicte ecclesie duos denarios. Item dimito operi sedis Barchinone et pro captivis redimendis videlicet: cuilibet eorum duos denarios. Item dimito

Berengario de Letone mariti mei quinquaginta solidos. Item dimito cuilibet manumissorum meorum ratione honorus dicte manumissorie duos solidos. Residuum vero dictorum ducentorum solidorum dentur in missis et in piis causis ad cognitionem dictorum manumissorum meorum et rectoris dicte ecclesie vel eius locum tenenti.

Quibus omnibus deductis atque completis omnia alia bona mea mobilia et in mobilia et jura universia mihi ubique pertinentia et pertinere debentia quoquomodo dimito Guillelmo Carbonelli patri meo et ipsum mihi heredem universalem iustituo.

Hec est autem ultima voluntas mea quam volo valere jure testamenti vel codicillorum aut nuncupatum vel cuiuslibet mee ultime voluntatis.

Actum est hoc tertio idus febroarii anno Domini millessimo · CCCº · quadigesimo septimo.

Sig+num Cataline testatis predicte qui hoc laudo et firmo.

Testes huius rey sunt rogati et vocati Arnaldus de Fonayeda presbitere et Guillelmus de Casalibus de Vilasario.

Sig+num Bernardi Cellarii rectoris ecclesie [Sancti Felicis] de Capraria qui hoc testamentum fecit et clausit.

**49868 NR 648**



**1349 març 23.**

***Rebut.*** *Berenguer, abat del monestir de Santa Maria de l'Estany, reconeix haver rebut de Sancia Flor, filla de Simó i Elisenda, de la parròquia de Sant Pere de Premià, 50 sous.*

*A Pergamí original (185 x 220 mm.): AMVM, pergamí núm. 648, registre núm. 49868.*

Noverint universi quod nos Berengarius dei gratia abbas monasterii Sancte Marie Stagnensis per nos et omnes successores nostros absolvimus et difinimus et ab omni domino et servitute nostra penitus ficimus te Sanciam, filiam Simonis Flor, et Eliesendis, uxoris eius, de parrochiam Sancti Petri de Premiano, Barchinone diocesi, et omnes infantes in te percerandos et omnia bona tua et ipsorum infantum. Hanc autem absolutionem et difinitionem facimus tibi et tuis et specialiter illi domino vel dominis quem vel quos in persona tua magis eligere volueris per hanc autem absolutionem et difinitionem confitemur et recognoscimus habuisse et recepisse a te quinquaginta solidos monete Barchinone de terno super quibus renunciamus exceptioni pecunie a te non habite et recepte et doli in factum hoc autem facimus in posse et manu notarii infrascripti.

Actum est hoc · Xº · kalendas aprilis anno Domini · Mº · CCCº · XLº · octavo. Sig+num Berengarii dei grati abbatis predicti qui hoc laudamus et firmamus.

Testes huius rey sunt Berengarius de Castello Sarcoi, Jacobus de Rippa et Petrus de Hulmo.

Sig+num Berengari dei gratia Stagensis monasterii abbatis predicta firmantis.

Sig+num Berengarii de Vilaramo camarcii Stagnensi predicta firmantis.

Sig+num Poncii de Pastaneris rectoris ecclesie Sancti Fructuosi de Castri Terciolo et notarii publici eiusdem qui hoc scribi fecit et clausit.

**10569 NR 666**



**1362 setembre 7. Sant Pol de Mar.**

***Establiment.*** *Fra Jaume, prior del monestir de Sant Pol de Mar, estableix a Guillem Carbonell alguna propietat que no podem descriure degut al mal estat del document.*

*A Pergamí original (420 x 295 mm.): AMVM, pergamí núm. 666, registre núm. 10569. Havia estat utilitzat com a cobertes d'un llibre, al revers conté algunes sumes.*

Noverint universi quod nos frater Jacobus prior monasteri Sancti Pauli de Maritima ordine […]/[2] sitate ac bonitate et industria bona [...]ncia ac diligenciam […]/[3] et solidi nostri et dicti nostri monasterii […]/[4] facitis et facere cotidie non de […]/[5] ex certa sciencia de assensu tamen consilio et voluntate tocius [...] nostri monasterii […]/[6] Guillelmo Carbonelli toto teompore vite vestre [... baiuliam] nostrum ac dicti mei monasterii parrochie [...sancti]/[7] Martini de Tayano et sancti Felicis de Capraria. Ita [videlis] quod vos per vos et substitutum aut substi[...]/[8] tis recipians peiatis exhigatis et congregens bene et fideliter et legaliter ab hominibus et feminibus […]/[9] et ab inquilinis et emphiteonis notris et domini nostri monasterii et ab aliis quibuscumque personis infra dictas per[…]/[10] constituendis omnia cesualia et agraria taschas et decimas reditus pervenitus et exitus et esdevenimenta […]/[11] omnia alia jura que nos et dominum nostrum monasterium in dictis parrochiis nunc habemus et decetero habebimus aliqua racione q[…] /[12] omnia congregetis et applicetis in domo sive manso vestro vel in alio loco ubi magis vobis visum fuerit faciendum et […]/[13] et substituti a vobis possitis omnes et singulos dictos homines et feminas et emphiteotas nostras et dicti nostri monasterio et quascumque/[14] alias personas infra dictas parrochias constitutas et constituendas que per aliquo teneantur nobis seu dicto nostro monasterio compellere et/[15] forciare nomine et auctoritate nostra et dicti nostri monasterii ut baiulus nostris et dicti nostri monasterii tam per emparis quam alia et pro ut vobis [vide-]/[16]bitur faciendum et eciam personas nostras et dicti nostri monasterii [...] et solvere et emparam ac emparas si eas fregerint ab ipsis perso-/[17]nis qui nobis et dicto nostro monasterio in aliquo teneantur exhigere et habere pos[se] etiam facere in predictis et [cita] predicta vos et substi- /[18]tutus aut substituti a vobis omnia et singula que verus baiulus [...ere] potest et que nos facere possemus si personibus [...tes ...ssemus]/[19] de quibus omnibus supradictis nobis vel tui voluemus reddans legalem componum et fidele quandocumque et quociens cumque a vobis aut/[20] per litteram vel nuncium fueritis requisitus. Et omnia et singula que addito compoto per vos penes vos remanserunt nobis vel [...] volue-/[21]mus reddatis et tradatis bene et plenarie ad nostram voluntatem. Sic quod de universis et singulis videlicet de censualibus et arg[…]/[22] nichil habeatis nisi tamen modo sexdecem solidos Barchinone. Sed habeatis de laudimiis terciis foristapiis et esdeven[...]/[23] singulis retrodecimum quos sexdecim solidos […]od retrodecimum habeatis pro vestro labore et onore dicte baiulie. E[…] et/[24] dictum nostrum monasterium et familia nostra et dicti nostri monasterii in vos [...]dere tanquam in homine et vessallo […] dicto/[25] nostro monasteriio procurando et in utilia penitus evitando nos enim cum hoc publico instrumento vicem […us] omnibus/[26] hominibus et feminis et inqulinis et emphitentis nostris et dicti nostri monasteri et aliis personis que […] vel tenebuntur/[27] nobis et dicto nostro monasterio ratione bonorum et iurium que nos et dictum nostrum monasterium

habemus infra dictas per[…] quod vos pro baiulo/[28] nostro et dicti nostro monasterii habeant, teneant, attendant, rependeant, […]obediant et satisfaciant vobis et nuncis […]/[29] singulis de quibus nobis seu dicto nostro monasterio teneantur. Et hoc durare volimus […] tota vita vestra […]/[30] Precerea convenimus et pronuncimus vobis dicto Guillelmo Carbonelli bona fide predicta per nos […] tradita et […] fir- /[31]ma habere, tenere et observare. Et ea omnia faciemus vos toto dicto tempore vite vestre [...] habere, tenere et possidere […] /[32] obligando pro inde omnia bona nostra et dicti nostri monasterii ubique habita et habenda.

Actum est hoc in dicto [monasterii] septima /[33] die septembris anno a nativitate Domini millesimo trecentessimo sexagesimo secundo.

Sig+num fratris Jacobi prioris predicti qui hoc laudamus et firmamus.

Testes huius rey sunt Guillelmus [Stolu], Bernardus Berengarius et Franciscus Villarii dicte [ripparie] Sancti Pauli.

Sig+num fratrus Iacobi prioris dicti monasterii qui hoc firmo salvo eius jure monasterius semper in omnibus./[37]

Ego frater Petrus Ferrarii monachus confirmo […]. E[...] Bartholomeus de Radio monachus confirmo./[38]

Sig+num Jacobi de Fog[...] notarii publici [… Monte] Palacio auctoritate domini C[…]sonis qui hoc/[39] scripsit et clausit.

**49863 NR 665**



**1371 desembre 15. Vallromanes.**

***Establiment.*** *Pere de Montornès, senyor del castell de Montornès del Vallès, fill i hereu del difunt Pere de Montornès, estableix a Guillem Carbonell, de la parròquia de Sant Genís de Vilassar, una*

*peça de terra que posseeix en dita parròquia en el lloc anomenat "as Perayo" [el Perelló] amb la prestació del quint.*

*A Pergamí original (232 x 428 mm.): AMVM, pergamí núm. 665, registre núm. 49863.*

In Dei nomine. Noverint universi quod ego Petrus de Monte Tornesio, dominus castri de Monte Tornesio in Vallesio, filius et heres venerabilis Petri de Monte Tornesio, quondam, domini dicti castri.

Gratis et ex certa sciencia per me et meos laudo et approbo ac de novo stabilio, sive ad agrarium infrascriptum redigo, vobis Guillelmo Carbonelli de parrochia Sancti Genesii de Villassario et vestris perpetuo quandam peciam terre cum pertinenciis suis quam vos habetis et possidetis in dicta parrochia Sancti Genesii in loco vocato "as Perayo" et tenetis pro me et sub dominio et alodio meo ad agrarium quinti.

Et terminat dicta pecia terre cum suis pertinenciis ab oriente et ab occidente in alodio altaris castri Sancti Vincencii. A meridie in honore Arnaldi Gerau de Capraria. Et a circio in honore Raymundi Amati alodio altaris Sancti Bartholomei.

Hanc autem laudationem et aprobationem ac de novo stabilitionem sive ad agrarium infrascriptum redactioenm facio vobis dicto Guillelmo Carbonelli et vestris de predicta pecia terre cum suis pertinentiis sicut melius dia et intelligi potest ad salvamentum et bonum intellectum vestri et vestrorum sub tali tamen pacto quod in compensacionis dicti agrarii dicti quinti detis nos et nostris successores in predictis de omnibus fructibus dicte pecie terre septimam partem bene et fideliter et quod de citero cadat et cesset dictum agrarium dicti quinti. In hiis autem non proclametis alium domini sive alios dominos nisi tamen me et meos lice atque vobis et vestris post dies triginta ex quo in me et meis [fat...ati] fueritis predicta que vobis laudo et approbo ac de novo stabilio sicut ad dictum agrarium redigo vendere, impignorare et alia alienare vestris tamen consimilibus et vestrorum. Salvo tamen semper in predictos michi et meis dicto agrario dicte septime partis et alio jure, dominio et fatica triginta dierum mei et meorum.

Pro huiusmodi vero laudationem, approbatione ac de novo stabilitione solvistis michi viginti duos solidos Barchinone super quibus renuncio exceptioni peccunie predicte non numerate et no solute in super convenio. Et promito vobis dicto Guillelmo Carbonelli et vestris quod presens insturmentum et omnia et singula contenta in eo semper habebo et tenebo rata grata et firma et in aliquo nunquam contrafaciam vel veniam aliquo modo jure, causa vel ratione sub bonorum meorum omnium obligationem. Hec igitur pro ut dicta sunt facio paciscor et promito per me et meos vobis dicto Guillelmo Carbonelli et vestris necnon et notarium insfrascripto tanquam publice persone pro nobis et pro aliis quorum intersit stipulanti.

Actum est hoc in parrochia de Vallibus Romanis quintadecima die decembris anno a nativitate Domini millessimo trecentesimo septuagesimo primo.

Sig+num Petri de Monte Tornesio predicti qui hoc laudo et firmo.

Testes huius rei sunt venerabilis Riambaldus Ricardi et Dominicus Crivellerii presbiter.

Sig+num Francisci de Ultzinellis auctoritate regia notarii publici Barchinone qui hoc scribi fecit et clausit.

**30715**



**1388 març 18. Vilassar.**

***Acta.*** *Pelegrí Catà es fa "donat" de la capella de Sant Cristòfol, de la parròquia de Sant Genís de Vilassar, en presència del rector Berenguer March, del senyor del castell de Vilassar Miquel des Bosc i d'altres prohoms de la parròquia.*

*A Pergamí original (310 x 225 mm.): AMVM, registre núm. 30715.*

Sit omnibus notum quod · XVIII · die marci anno a nativitate Domini · Mº · CCCº · LXXXº · octavo, hora tercia, dum presentes exiebant de eclesia Sancti Genesii de Vila-/[2]çario, coram ianuis dicte ecclesie, coram venerabile Michaeli de Bosco, domino castri de Vilaçario, et Berengario Marchi, rectore dicte ecclesie, et alis probis homi-/[3]nibus dicte parrochie, Iacobus Raudor et Gillelmus Carbonel dixerunt talia verba vel similia:

"Monsenyer en Bosch et vos senyer en Rector e vosaltres /[4] promens. En Paligri, sabater, se vol retra a monsenyer Sent Cristofol ab tot quant ha, ne Deus li darà, e promet que el hi farà tot malorament e que /[5] no hi piyorarà res, enperò, vol sa retenir alcuns sensals morts que ha comprats e los diners que ara ha per fer ses volontats".

Ee que lo senyer que /[6] respòs que el ben li playa e lo rector e los promens digueren semblant et ques fassa que bé serà fet.

Et post prandium, quasi hora vesprorum, /7 dictus Paligrinus fuit in capella Sancti Cristoferii et petit tamen, notario infrascripto, presente, Guillelmo Vives et aliquibus alis personis presentem /8 fieri publicum instrumentum:

Sit omnibus notum quod ego Paligrinus Catà, diocesis Barchinone, gratis et de certa sciencia, dono et ordino me ipsum deodatum capelle /9 Sancti Cristofori, constructe in parrochia de Vilaçario, cum omnibus bonis meis, mobilibus et inmobilibus, habitis et habendis, cum omnibus iuribus universis ubi-/10que sint. Tamen retineo mihi tantum sensuales mortuos et omnes denarios quos ego, autem presentem diem, habebam pro meis voluntatibus faciendis, /11 sine impedimento alicuius persone. Omnia alia bona sint dicte capelle ut dictum est, promitens vobis, dicto venerabile domino et rectori predicto, et alis /12 probis hominibus dicte parrochie, quod semper manebo in dicta capella tamquam Deodatus et ero vobis et dicte capelle fidelis et legalis. Et /13 proquiram dicte capelle bonum et utilitatem et rerum suarum et danum totis meis iuribus evitabo. Et si forssam a dicta capella recessero, /14 vel malum aliquod fecero, pocitis me capere, seu capi facere, et me in dictam capellam reducere sine aliqua faticha et requisicione /15 alicuius curie seu persone, et restituam vobis et dicta capella quit quit mali facero. Et post obitum meum omnia que cong[er]us fuero vel lu-/16cratus fuero simul cum omnibus aliis bonis meis sint dicte capelle. Tamen retineo mihi pro meis voluntatibus faciendis dictos denarios /17 et sensuales.

Et pro hiis complendis obligo vobis et dicte capelle me personaliter et omnia bona mea mobilia et inmobilia, habita /18 et habenda. Et iuro esponte per dominum Deum et eius sancta · IIII or · evengelia manibus meis corporaliter tacta predicta omnia atendere et com-/19plire et in aliquo non contra facere seu venire iure aliquo causa vel racione.

Sig+num mei Berengarii Marchi, rectoris et notarii ecclesie Sancti Genesi de Vilaçario, qui hec scripsi et clausi.

**49858 NR 640**



**1390 abril 20. Vilassar.**

***Rebut.*** *Arnau Sayol, de la parròquia de Sant Feliu d'Alella, reconeix haver rebut de Guillem Carbonell, de la parròquia de Sant Genís de Vilassar, 10 lliures per la dot de Constança, filla de Guillem i esposa d'Arnau.*

*A Pergamí original (132 x 140 mm.): AMVM, pergamí núm. 640, registre núm. 49858.*

Sit omnibus notum quod ego Arnaldus Seyol parrochie Sancti Felicis de Alela confiteor et recognosco vobis Guillelmo Carbonell parrochie Sancti Genesi de Vilasario quod dedistis et solvistis mihi bene et plenarie decem libris monete Barchinone de terno quas mihi debebatis de illa maiore quantitate pecunie quam mihi promisistis dare te solvere pro dote Constancie uxore nostre, filiaque vestre, unde renunciando exsepcioni pecunie predicte non numerate et non solute et doli. Facio vobis et vestris de predictis decem libris presentem apocham de ulterius non petendo.

Actum est hoc in parrochia de Vilaçario · XX · die aprilis anno a nativitate Domini · Mº · CCCº · XCº ·

Sig+num Arnaldus Sayol predicti qui hoc firmo et laudo. SSS.

Testes huius rey sunt Petrus Roig, Bernardus [Civala], Petrus [Baryeres] de Vilaçario. SSS.

Sig+num mei Berengarius Marchi rectoris et notarii ecclesie Sancti Genesi de Vilaçario qui hoc scripsi et clausi. SSS.

**49851 NR 663**



**1394 desembre 20. Vilassar.**

***Rebut.*** *Galcerà Crosanyes i Pere Crosanyes, germans, de Sant Cebrià de Vallalta, reconeixen haver rebut de Pere Corsà, de Sant Feliu de Cabrera i Berenguer Carbonell, de Sant Genís de Vilassar, 100 lliures per la dot de Valensona, filla de Bernat Vehil, de Sant Genís de Vilassar, que es casarà amb Pere Crosanyes.*

*A* *Pergamí original (263 x 424 mm.): AMVM, pergamí núm. 663, registre núm. 49851.*

Sit omnibus notum quod nos Galsserandus Crosanyes et Petrus Crosanyes fratris eiusdem parrochie Sancti Cipriani de Valalta diocesi Gerunde atendens et considerantes nos Petrum Corssa parrochie Sancti Felicis de Capraria et B[ernardus] /[2] Carbonel parrochie Sancti Genesi de Vilaçario diocesi Barchinone fideiussite in quodam insturmento et eam matrimoni inter Valensonem filiam Bernardi Vayl dicte parrochie de Vilaçario et in parte et dictum Petrum Crosanyes quem Deo volent dicta Valensso di[...] /[3] in maritum et debitori instrumentum obligase site dictis etiam nos predictos Petrum Corsa et Bernardum Carbonel fideiussores ad pressas meas in instrumentum debitori pretestu exovari iam dicti et bona vestram obligassem sub hac tamen forma […] /[4] conditione que casu que vos dicti fideiussores seu alter vester sustiueritis aliquod damnum vel solvistis quantitatem videlicet centum librarum Barchinone seu parte aliquam eiusdem exovari aut [mitiones] facere pro ipsa fideiucione videlicet ego d[ictus] /[5] Galsserandus per quadraginta et septem libris et media et ego dictus Petrus per quinquaginta duobus libris et media [suabimus] de inde vos fideiussores prefacos et utrumque vestrum et bona vestra et utriusque vestrum indamnes […] /[6] Gratis et de certa scientia convenimus et promitimus per firmam validam et sollemne stipulantione ac bona fide vobis ante dictis Petro Corssano et Bernando Carbonel et uterque vestrum et vestris que solvemus predictas centum libras d[…] /[7] per illos terminos sive soluciones in dicto instrumento debitorio actione dicti matrimoni contentos et expresos sive [en…] nostras soluciones facere sine aliqua dilacione et [ex…]facione et absque omni damno et micione vestri et vestrorum /[8] et si quod ab sit vos dicti fideiussores seu alter vestrum solvistis aliquid totum vel parte predictarum centum librarum dicti exovari permitimus et convenimus vobis et vestros de iure quam de facto[...] in quam [omne mitiones damna] /[9] et exprenssas et interesse quod restituemus statim et solvemus vobis predictis fideiussoribus et vestris ad vestram voluntatem totum id quid et quantumcumque fuerit per vos [et vestros] fideiussores solutum una cum omnibus. Et /[10] singulis mitionibus, damnis et interesse et expressis ratione premisa factis seu iustentis aliquo modo et stantus vobis et vestris super ipsis mitonibus damnis et interesse et expressis pleno et simplice verbo /[11] vestro nulle alio probatonum gene requisito. Et per predictis omnibus et singulis sic conplendis et firmiter atendendis obligamus vel et utrique vestrum et vestris omnia bona nostra et utriusque nostrum mobilia et inmobilia /[12] ubique sint habita et habenda. Et quantum ad hoc renunciamus gratis et ex certa scientia omni novi constitutione beneficio dividendo actionis et omni ali iuri legi usui et consuetudini contra hec repugnantibus. Et /[13] ut premissa omnia et singula maiori

gaudeant firmitant iuramus spontea in animas nostras per Deum et eius sancta quatuor evangelia manibus nostris corporaliter [tacta] predicta omnia et singula atenderes /[14] et complere tenere et obsservare et in aliquo non contra facere vel venire iure aliquo causa vel ratione.

[Actum est] hoc in parrochia de Vilaçario · XX · die mensis decembris [anno] a nativitate Domini · Mº · CCCº · XCº · quarto.

Sig+num Galsserandi Crosanyes. Sig+num Petri Crosanyes predictorum qui hoc firmamus, juramus [et] laudamus.

Testes huius rey sunt Guillermus Vives, Guillermus Aroles, Guillermus Bergay et Bernardus Casals de Vilaçario.

Sig+num mei Berengari Marchi rectoris et notari ecclesie Sancti Genesi de Vilaçario qui hoc scripssi et clausi.

**49893 NR 129**



**1395 febrer 15. Barcelona.**

***Rebut.*** *Pere de Vall, sabater de Barcelona, reconeix haver rebut de Berenguer Mateu, rector de la parròquia de Sant Genís de Vilassar i de Bernat Carbonell, com a marmessors del testament de Pelegrí Catà, "donat" de l'església de Sant Cristòfol, la quantitat de 44 sous que li havia deixat.*

*A* *Pergamí original (257 x 119 mm.): AMVM, pergamí núm. 129, registre núm. 49893.*

Sit omnibus notum quod ego Petrus de Valle, sutor civis Barchinone, confiteor et recognosco vobis discreto Berengario Marchi, rectori parrochie Sancti Genesii de Vilaçario, licet absenti et Bernardo Carbonelli, de parrochia supradicta, presenti, manumissoribus et executoribus testamenti, seu ultime voluntatis, Pelegrini [Cathani], quondam, donati ecclesie Sancti Christofori, site in dicti parrochia, quod de bonis dicte manumisorie solvistis michi per

manus vestri […] Bernardi Carbonelli quadraginta quatuor solidos monete Barchinone qui michi, per dictum defunctum, debebantur ex causa mutui per […]sibi gratis et bono amore anno presenti facti.

Et ideo, exeptioni pecunie predicte non numerate, non habite et non recepte et doli. In quorum omnium testimonium presentem vobis facio apocam de soluto in posse notarii subscripti ut publice persone pro vobis stipulantis et legitime recipientis.

Quod est actum Barchinone quintadecima die febroarii anno a nativitate Domini millesimo trecentesimo nonagesimo quinto.

Sig+num Petri de Valle predicti qui hec laudo et firmo.

Testes huius rei sunt Berengarius Saura et Berengarius Amati de dicta parrochia ac Bartholomeus de Mora scriptor Barchinone.

Sig+num Francisci de Re[laro] auctoritate regia notarii publici Barchinone qui hec scribi fecit et clausit.

**49859 NR 364**



**1412 juliol 7. Barcelona.**

***Rebut.*** *Joan Comes, de la vila de Mataró, fill d'Antoni i de Sança, reconeix haver rebut de Constança Carbonell, muller del dit Joan i filla de Bernat i de Bonanat, de la parròquia de Sant Genís de Vilassar, 30 lliures de les 60 lliures que li havien estat promeses de lliurar en concepte de dot.*

*A Pergamí original (180 x 240 mm.): AMVM, pergamí núm. 364, registre núm. 49859.*

Sit omnibus notum quod ego Johannes Comes, ville de Matarone, filius Anthonii Comes et domine Sancie eius uxoris ville predicte. Confiteor et recognosco vobis Constancie, sponse mee, filie Bernardi Carbonelli et domine Bonanate eius uxoris, parrochie Sancti Genesii de Villassario, quod, per manus dicti propris vestri, sovistis et tradidistis michi voluntati mee triginta libras Barchinonis, ex illis sexaginta libras dicte monete que michi fuerunt promisse dari et tradi in dotem et pro dote vestre [...] racione dotis vestre et de quibus ego feci et firmarii vobis dotalicium instrumentum in posse discreti Johannis Nathalis, auctoritate regia notarii publici Barchinone die et anno in eo contentis. Et ideo renunciando excepcioni non numerate et non solute peccunie et doli mali. Facio vobis et vestris de predictis triginta libris tamen bonum et perpetuum finem cum pacto de non petendo.

Actum est hoc Barchinone septima die julii anno a nativitate Domini millesimo quadringentesimo duodecimo.

Sig+num Johannis Comes predicti qui hoc laudo et firmo.

Testes hius rei sunt Vincencius ça Plana olim spalxerius civis Barchinone et Jacobus Oliveres parrochie Sancte Marie de Materone.

Si+gnum Petri de Folgueriis auctoritate regia notarii publici Barchinone qui hoc scribi fecit et clausit.

**49877 NR 645**



**1433 octubre 20. Vilassar.**

***Rebut.*** *Berenguer i Antoni Font, de Sant Pere de Premià, reconeixen haver rebut de Gabriel Carbonell, de Sant Genís de Vilassar, 12 lliures i 10 sous per la dot d'Isabel Comes neboda de Gabriel Carbonell, filla de Joan Comes, difunt, de Mataró i muller d'Antoni Font.*

*A Pergamí original (157 x 199 mm.): AMVM, pergamí núm. 645, registre núm. 49877.*

Sit omnibus notum quod nos Berengarius Font et Anthonius Font, parrochie Sancti Petri de Premiano, gratis et ex certa scientia per nos et nostros confitemus et recognocimus vobis Gabrieli Carbonelli, parrochie Sancti Genesii de Vilaçario, quod solvistis, nobis bene et plenarie numerando ad nostras voluntates, pro dotis Isabelis nepotis vestre filieque Johanis Comes, quondam parrochie beate Marie de Matarone, sponse mei dicti Anthonii Font quod de illis viginti libris quibus nos cum aliis promisistis dare pro prima solutione dicte Isabeli ad suas plenarias voluntates solvistis nobis duodecim libras et decem solidos monete Barchinone de terno. Super quibus renuntiamus exceptioni peccunie predicte non numerate, et juro soluti, et doli. Facimus nobis et vestris in de predictis duodecim libras et decem solidos presentem apocam de ulterius non petendo.

Actum est hoc in parrochia Sancti Genesii vicesima die mensis octobris anno a nativitate Domini millesimo quadrigentesimo tricesimo tercio.

Sig+num mei Berengari Font. Sig+num mei Anthonii Font qui hoc firmamus et laudamus.

Testes hius rey sunt Jachobus Roudos et Anthonius Orenge de Vilaçario.

Sig+num mei Anthoni Carreres presbiteri, vicari et notari publici ecclesie et parrochie Sancti Genesii de Vilaçario qui hoc feci et clausi.

**49921 NR 115**



**1434 agost 10. Vilassar.**

***Compravenda.*** *Feliu Riba i Gabriel Mateu, de Cabrera, venen a Salvador Pons, de Vilassar, dos peces de terra que pertanyeren al mas Mas, àlies Eroles, de dita parròquia en el lloc anomenat Comodat i que tenen per Miquel de Bosc, ciutadà de Barcelona i senyor del Castell de Vilassar.*

***Rebut.*** *Feliu Riba i Gabriel Mateu, de Cabrera, reconeixen haver rebut de Salvador Pons, de Vilassar, 88 sous per la venda de dues peces de terra que pertanyien al mas Mas, àlies Eroles, de Vilassar i que tenien per Miquel de Bosc, ciutadà de Barcelona i senyor del castell de Vilassar.*

*A* *Pergamí original (516 x 629 mm.): AMVM, pergamí núm. 115, registre núm. 49921.*

**Document a:**

In Dei nomine. Noverint universi quod nos Felicius Riba et Gabriel Mathei, perrochie Sancti Felicis de Capraria diocesi Barchinone, gratis et ex certa scientia per nos et omnis heredes et successores nostros quoscumque vendimus et ex causa vendicionis concedimus /[2] vobis Salvatori Ponci parrochie Sancti Genesii de Vilaçario et vestris ac quibus voluitis perpetuo duas pecias terre que fuerunt de perticentiis mansi Mas, alias Arola, dicte parrochie de Vilaçario cum introitibus, exitibus et omibus iu-/[3]ribus et pertinentiis suis quas nos habemus et possidemus in predicta parrochia loco vocato "a Comodoat". Et tenemus per honorabile Michaelem de Boscho, civem Barchinone et dominum castri de Vilaçario, et sub dominio et alodio a per ipsius /[4] castri. Pro ut altera ipsarum terminatur ab oriente in tenedone mansi Vahil de Sant Crist, a meridie in tenedone mansi Reudors, ab occidente in tenedone Antici Serra et a circio in tenedone [mansi] Vahil vicinatus de Santa Cruce pro predicte perrochie. Reli-/[5]qua vero pecia terre terminatur ab oriente in tenedone mansi Carbonelli predicti vicinatus de Sant Crist presenti et partim in tenedone mansi Vahil dicti vicinatus de Sancta Cruce, a meridie in tenedone predicti mansi Vahil dicti vicinatus de Sant /[6] Crist, ab occidente in tenedone prefati mansi Vahil dicti vicinatus de Sancta Cruce et a circio in alodio altaris Sancti Marie constructo in parrochiali ecclesiam Sancti Genesii de Viaçario.

Et spectant ad nos predictam que vobis vendimus ratione /[7] stabilicionis et in emphiteosim concessionis per prefatum honorabilitem Michaelem de Boscho de toto predicto manso Mas, alias Arola, et de omnibus terris honoribus et pertinenciis suis nobis factarum cum publico instrumento inde acto in posse notarii infrascripti /[8] decima nona die decembris anno a nativitate Domini millesimo quadringentesimo tricesimo tercio. Spectant etiam ad nos predicta aliis divisis iustis titulis sine causis hanc autem vendicionem et ex causa vendicionis concessionem facimus nos dicti /[9] Felicius Riba et Gabriel Mathei vobis iam dicto Salvatori Poncii et vestris perpetuo de predictis sicut melius dici post et intelligi ad salvamentum et bonum etiam intellectum vestri et vestrorum. Et extrahimus predicta que vobis vendimus /[10] de iure, dominio, proprietate et posse nostri et nostrorum eademque in vestrum vestrorumque jus, dominium, proprietatem et posse mittimus et transfferimus irrevocabiliter pleno jure addendum, tenendum quimque tempore pacifice possidendum et ad omnem /[11] vestram vestrorumque

voluntatem inde libere faciendum. Promittens vobis quod de predictis que vobis vendimus trademus vobis vel in voluitis loco vestri possessionem corporalem seu quasi et in ea faciemus vos et vestros ac quos voluitis perpetuo existere po-/[12]cionis. Preterea ex causa huiusmodi vendicionem damus, cedimus et mandamus vobis et vestris ac quibus volueritis perpeto omnia jura omnisque actiones reales et personales, mixtas et directas, ordinarias et extraordinarias ac alias quas-/[13]cumque nobis competencia et competentes comptere debentia et debentes in predictis que vobis vendimus. Et contra quascumque presentis et in quibuscumque bonis racione et ocatione eorum quibus iuribus et actionibus possitis vos et vestri ac quos vo-/[14]lueritis perpetuo vestri et experiri agendo scilicet in respondendo, deffendendo, excipiendo, proponendo et repplicando et omnia alia faciendo in judicio extra quecumque et quem ad modum nos facere poteramus ante presente vendicionem et jurium cessionem et pos-/[15]semus nunc seu etiam quadocumque postea.

Nos enim facimus et constituimus vos et vestros in hiis dominos et procuratores in rem vestram propriam ad faciendum inde vestre libitum voluntatis sine contradictione et impedimento nostri et nostrorum ac alterius cuiuscumque persone, /[16] salvis tamen semper in et super predictis, que vobis vendimus, agrario, quinti et braciatici quod de omnibus fructibus partis quos dominus dictus dedint in predictis duabus peciis terre vos et vestri dare et prestare teneamini prefato honorabili Michaeli de /[17] Boscho et suis in dicto castro successoribus in grano, in erea et agrario quinto. Tamen quod similiter dare et prestare teneamini vos et vestri eidem Michaeli de Boscho et suis in eodem castro successoribus de omnibus fructibus [unii albatis] posatis et portatis vestris superti-/[18]bus et expensis intus cellarium dicti castri ut est [...] in termino ipsius castri et alias sine dominio et fatica triginta dierum dicti honorabilis Michaelis de Boscho et suorum in predicto castro successorum pro precio vero predictorum que vobis vendimus dedistis et solvistis /[19] nobis et confitemur nos a vobis habuisse et recepisse octuaginta octo solidos Barchinone de terno.

Et ideo renunciamus exceptioni non numerate et non solute pecunie. Et precii predicti non habiti et non recepti et legi qua deceptis ultra dimidiam iusti precii subve-/[20]nitur et doli mali et actioni instrumentum omnique alii juri, racioni et consuetudini contra hoc repugnantibus. Dando et remittendo vobis et vestris ac quibus volueritis perpetuo donatione et remissione irrevocabili inter vivos si quid hoc qui vobis vendimus /[21] plus valent vel a modo valebunt precio supradicto. In super convenimus et promitimus vobis quod predicta que vobis vendimus faciemus vos et vestros ac quos volueritis perpetuo habere, tenere et possidere in pace et secure contra omnis persones. Et quod tenebimus vobis et vestris semper de fir-/[22]ma et legali evictione et legitima deffensione vestri et vestrorum. Et si forsam aliqua persona facere propronere vel movere et contra vos vel vestros aliquo tempore aliquam actionem, questionem, petitionem vel demandam literem vel controversiam de jure vel de facto in ju-/[23]dicio vel extra judicium in predictis vel aliquo predictorum que vobis vendimus que[...] et promittimus vobis quod in continenti ad inde a vobis vel vestris fuimus requisiti opponemus nos deffensioni vestri et vestrorum et quod condebimus et satisfaciemus pro vobis et vestris cuilibet inde que /[24] relato. Et quod in principio littis susapiemus in nos [...] littigi et agemus et ducemus causam seu causas foris propriis sumptibus et expensis a principio littis usque ad finem vel vos aut vestri si volueritis possitis ipsis causam seu causas agere et ducere per vos ipsos et hoc sit in /[25] electione vestri et vestrorum. Nos enim ex pacto remittimus vobis et vestris necessitatem denunciationis et si vos vel vestri magis elogeritis ipsas causam seu causas agere et ducere per vos ipsos

convenimus et promittimus vobis quod dabimus et solvemus vobis et vestris ad vestram et eorum volun-/[26]tate in dilate omnis et singulas missiones et expensas que certa littem seu littes fient et quicumque ac quantum a vobis vel vestris evictum super de predictis simul cum omni damno et interesse que inde vos et vestri facietis et sustinebitis quoquomodo sive obtineatis /[27] in causa seu causas sine etiam subcumbatis. Et quod alias super predictis servabis vos et vestros penitus sine damno et tredatur vobis et vestris super ipsis missionibus damnis et indesse plano et simplici verbo sine testibus et juramento nullo alio probationum genere-/[28]re requisito. Et pro hiis complendis et firmiter attendendis, tenendis et observandis obligamus vobis et vestris omnia bona nostra et utriusque nostrum in solum mobilia et immobilia, habita et habenda, renunciantes quantum ad item benefficiis novarum constitutionum /[29] et dividendarum actionum sit epistole divi Adriani et consuetudini Barchinone de duobus vel pluribus in solum se obligantibus loquenti omnique alii juri hiis obvianti.

Et ut predicta omnia et singula maiori gaudeant firmitate juramus sponte in animas /[30] nostras per Deum et eius sancta quatuor evangelia manibus nostris corporaliter tacta predicta omnia et singula attendere et complere tenere et observare et in aliquo on contrafacere vel venire aliquo jure, causa vel omnia ratione.

Ad hoc ego Batholomeus Riba iam dicte /[31] parrochie Sancti Felicis de Capraria, filius dicti Felicis Rib,a et ab eodem par[...] non em[...]patus et hereditatus de omnibus bonis suis laudamus, approbamus, ratificamus et confirmamus vobis dicto emptori et vestris predictam vendicionem per dictum patrem meum et per dictum etiam Gabrielem Mathei vobis /[32] factam de predictis duabus peciis terre cum juribus et pertinentis suis necnon obligationem per eodem vobis factam de omnibus ipsorum bonis per [...] dicte vendicionis et pro expresis in litte et extra fiendis ac pro toto damno et interesse vestri et vestrorum eisdem venditioni et /[33] obligationi ac omnibus aliis et singulis supradictis expresse consetiens pro ut melius superius continetur convenire. Et promitto vobis eidem emptori et vestri quod de aut pro predictis per vos emptoris seu ratione vel ocatione ipsorum contra vos vel vestros nunquam feciam personam seu monebo /[34] aliquam actionem questionem petitionem vel demandam littem vel controversiam de jure vel de facto aut aliam in judicio vel extra nec [...] aut alia contra predicta vel eorum aliquod faciam vel veniam ratione hereditatis et legittime [...] paterne vel materne nec sup-/[35]plementi earumdem nec etiam ratione predicti hereditamenti et seu donationis michi facte per dictum patrem meum de bonis suis nec inquod [...] alicuius vinculi seu inter te condiciones apportem seu a dictorum vel etiam apponendorum in testis seu ultimis voluntatibus dicti patris /[36] mei aut etiam dicte domine mater mee nec alia ex quacumque ratione seu causa. Ego enim cercioratus de predictis renuncio ipsis hereditate et legitime mee et dictis [...] vinculo et interese condicioni ac cuicumque [...] eorundem et omni etiam alii juri, rationi /[37] et consuetudini contra hoc repugnantibus. Et ut predicta omnia et singula maiori gaudeant firmitate juro sponte in animam meam per Deum et eius sancta quatuor evengelia manibus meis corporaliter tacta predicta omnia et singula rata, grata et firma semper habere, tenere et ob-/[38]servare et in aliquo non contrafacere vel venire aliquo jure, causa vel etiam ratione. Hec igitur que dicta sunt super facimus paciscimur convenimus et promittimus nos omnis superius nominati vobis prefato emptori et vestris […] notari infrascripto tanquam publice persone pro vobis et aliis quorum interest vel intererit recipienti et paciscenti ac etiam legitime stipulanti.

Actum est hoc. Sig+num Felicii Riba. Sig+num Gabrielis Mathei jurantum predictorum qui hoc firmamus et laudamus infra parrochia Sancti Genesii de Vilaçario, diocesi Barchinone, decima die augusti anno a nativitate Domini millessimo quadringentesimo tricesimo quarto.

Presentibus testibus Manuele Soria et Jacobo Riba supradicte parrochie de Capraria. Sig+num Bartholomei Riba predicti qui hoc ut premittitur laudo et firmo peritraque juro in predicta civitate Barchinone tercia die septembris anno predicto presentibus testibus discreto Narcisso Bru notarii et Andrea Roig causidico cuibus semper dicte civitatis.

Ego Michaelem de Boscho laudo et firmo omnia supradicta salvo tamen iure et dominio mei et meorum qui omnibus semper salvis.

Sig+num Johannis Dalmacii auctoritate regia notarii publici Barchinone qui hec scripsit et clausit cum supraponito in linea · IIII · “mansi”.

**Document b:**

Sit omnibus notum quod nos Felicius Riba et Gabriel Mathei, parrochie Sancti Felicis de Capraria diociesis Barchinone, confitemur et recognoscimus vobis Salvatori Poncii, parrochie Sancti Genesii de Vilaçario, quod solvistis nobis bene et plenarie ad nostram /[45] voluntatem numerando omnis illos octuaginta octo solidos Barchinone de terno pro quibus sive quorum precio nos vendimus vobis et vestris duas pecias terre que fuerunt de pertinenciis mansi Mas, alias Arola, iam dicte parrochie de Vilaçario cum /[46] introitibus, exitibus et omnibus iuribus et pertinenciis suis quas nos habemaus et possidebamus in proxime dicta parrochia loco vocato “a Comodoat”. Et tenebamus per honorabiliter [Michaelem] de Boscho cive Barchinone et dominum castri de Vilaçario et sub dominio et alodio ipsius castri pro ut /[47] de predicta venctione constat insturmento publico inde acto infra dictam parrochiam Sancti Genesii de Vilçario die et anno subscriptis in posse notarii insfrascripti. Et ideo renunciando exeptioni peccuine non numerate et non solute et doli mali et actioni in factum et /[48] omni alii juri his obvianti facimus vobis et vestris de predictis octuaginte octo solidos presens apoce instrumentum et bonum ac pepretuum factum et predictum de ulterius non petendo et de non agendo in posse notarii insfrascripti solemni sitpulatione [...].

Actum est hoc infra /[49] parrochiam Sancti Genesii de Vilaçario decima die augusti anno a nativitate Domini millesimo quadrigentesimo tricesimo quarto.

Sig+num Felicii Riba. Sig+num Gabrielis Mathei predictorum qui hec firmamus et laudamus.

Testes huius rei sunt Manuel Soria et Jacobus Riba parrochie Sancti Felicis de Capraria.

Sig+num Johannis Dalmacii auctoritate regia notarii publici Barchinone qui hec scripsit et clausit cum supraponito in linea · III · Michaelem.

**49906 NR 101**



**1437 novembre 29. Vilassar.**

***Testament.*** *Antígona Prat, muller de Gabriel Carbonell, del veïnat de Sant Cristòfol de la parròquia de Sant Genís de Vilassar fa testament. Nomena marmessors al seu marit Gabriel Carbonell i al seu germà Joan Prat de la vila de Sant Esteve de Granollers. Vol ser enterrada en el cementiri de Sant Genís de Vilassar. Nomena hereu universal al seu fill Bartomeu Carbonell.*

*A* *Pergamí original (232 x 301 mm.): AMVM, pergamí núm. 101, registre núm. 49906.*

In Christi nomine. Ego Antigona, uxor Gabrielis Carbonell, vicinatus sancti Christofori parrochie Sancti Genessi de Vilassario, diocesi Barchinone, gravi infirmitate detenta in meo tamen bono senssu plenaque memoria et cum firma loquela existens meum facio condo et ordino testamentum in quo meos eligo manumissores huiusque mei testamenti exequtores videlicet dictum Gabrielem Carbonell, virum meum, et Johanem Prat, fratrem meum, ville Sancti Stephani de Granulles, dicte diocesi.

In primis volo et mando quod omnia debita que die obitus mei debeam persolvantur, omnesque iniurie restituantur, sumarie et de plano secundum dominum Deum et forum anime.

Eligo autem sepulturam corpori meo in cimiterio ecclesie parrochie predicte de Vilassario.

Et accipio de bonis meis pro anima mea et dicta sepultura fienda et solvendis quibusdam piis legatis, que infra facio, centum solidos barchinonensis de quibus dicto altaribus maiori Sancti Genesii, Beate Marie, Sancti Nicholay ac cappelle Sancti Salvatoris dicte parrochie pro singulis missis per vicarium eiusdem in eisdem celebrandis culibet unum solidum.

Item cuilibet de accapitariis dicte parrochie dimitto duos denarios.

Item cuilibet de manumissoribus meis pro onere manumissorie lego quinque solidos.

Item lego Francischo Prat, fratri meo, tres solidos.

Item lego cuilibet de filiis meis tres solidos.

De omnibus vero aliis bonis mobilibus et que inmobilibus et iuribus meis universis quecumque sint et ubicumque instituo et facio heredem meum universalem Bartholomeum Carbonell, filium meum. Et si dictus Bartholomeus heredes michi non fuerit vel etiam fuerit et deceserit quecumque absque prole legittima vel cum tali non perveniente ad etatem condendi testamentum substituo eadem et michi heredem Petrum Carbonell, filium meum. Et si dictus Petrus eres michi non fuerit vel fuerit ut de Bartholomeo dictum est similiter substituo eisdem et michi heredem Ysabellem, filiam meam. Et si dictam Ysabel contigerit decedere absque prole legittima vel cum tali ut predicit de aliis volo quod dicta herencia et bona mea sint et rener[...]ntore heredi domini patris mei et mansi Prat unde traxi originem.

Hec est autem ultima voluntas mea quam volo valere iure testamenti ut saltim iure codicillorum aut alia pro ut melius de iure valere possit et tenere.

Actum est hoc in dicta parrochia de Vilassario die vicesima nona mensis novembris anno a nativitate Domini millesimo quadrigentesimo tricesimo septimo.

Sig+num Antigone testatricis predicte que hoc meum testamentum laudo et firmo.

Testes huius testamenti notati rogati sunt Jacobus Roudos, Anthonius Orengua et Anthonius Sabater omnes dicte parrochie Sancti Genesii de Vilassario.

Sig+num mei Guillermi Gaucelvi presbiteri vicarii ecclesie et notari parrochie predicte de Vilassario pro honorabili ac discreto domino Petro Masnou rectoris et notari eiusdem qui predictum testamentum in quodam libro notularum scribanie parrochie dicte repertum firmatum a suo originali aprisia extraxi et notavi ac in hanc formam redigens scripssi et clausi.

**49907 NR 131**



**1462 agost 26. Vilassar.**

***Testament.*** *Antoni Carbonell, del veïnat de Sant Cristòfol de la parròquia de Sant Genís de Vilassar, fa testament. Nomena marmessors al seu nebot Bartomeu Carbonell i a Francesc Seyol d'Alella. Vol ser enterrat al cementiri de Sant Genís de Vilassar. Nomena hereu universal al seu nebot Bartomeu Carbonell.*

*A* *Pergamí original (196 x 323 mm.): AMVM, pergamí núm. 131, registre núm. 49907.*

[*v.*] [...] Carbonel

Quoniam nullus in carne positus periculum mortis evadere potest id cirquo ego Anthonius Carbonell vicinatus Sancti Christofori, parochie Sancti Genesii de Vilassari, infirmitate detentus de qua mori me timeo de morto corporali, tamen in meo bono sensu, integra memoria, firmaque loquela persistens meum facio condo sive ordino testamentum in quo meos pono sive eligo manumissores huisque mei testamenti executoris videlicet Bartholomeum Carbonell filium meum neptum, sive nebot, de Vilassar et Franciscum Seyol de Alella quos ut barius possum de procurator eisque ex si me mori contigerit ante quam aliud faciam seu ordinem testamentum ipsi duo aud unus eorum in absentia aud de […] alterius hoc meum compleant et exequentur sive compleat et exequetur testamentum pro ut per me inferius scriptum invenerit seu ordinatum.

In primis et ante omnia volo et mando quod omnia debita mea que de buco in die obitus mei omnesque iniurie ad quarum restitutionem tenear restituantur bene, brevitur, simpliciter et de plano secundum dominum Deum et forum anime. Eligo sepulturam corpori meo in cimiterio ecclesie Sancti Genesii de Vilassar. Accipio de bonis meis pro mea anima et sepultura fienda aliquibusdam piis legatis que infra facio videlicet: quinquaginta solidos barchinonensis de terno de quibus dimito cuilibet de altaribus dicte ecclesie Sancti Genesii, duodecim denarios pro caritate singularum misarum in eisdem celebrandorum. Item cuilibet de capellis dicte parrochie reliquam solidum pro singularum missarum caritate. Item cuilibet de manumissoribus meis unum solidum onore manumissorie. Residuum vero si aliquid restaverit de dictis quinquaginta solidis volo distribuatur in missis et piis causis ad congnicionem meorum manumissorum.

Et omnibus aliis bonis meis, mobilius et inmobilibus, presentibus atque futuris et iuribus meis universis quecumque sint et ubicumque facio heredem meum universsalem, legitimum et naturalem, Bertholomeum Carbonell nepotem meum et ipsum heredem michi instituo ad omnes suas voluntates. Hec est autem ultima mea voluntas quam laudo et probo et volo valere iure iure testamenti que si non valet iure testamenti salvim volo quod valeat iure codicillorum aud alia quovis modo de jure valere poterit et tenere.

Actum est hoc in parrochia Sancti Genesii de Vilassar die vicesima sexta mensis augusti anno a nativitate Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo secundo.

Sig+num mei Anthoni Carbonell testatoris predicti qui hoc meum testamentum seu hanc ultimam meam voluntatem laudo concedo et firmo.

Sig+num mei Bernardi Font presbiteri vicari publici ecclesie Sancti Genesii de Vilasario pro honorabili et [reverendo] domino Iohane Reusis Çaplana presbiteri in utroque iure doctore canonico sedis retore et notario publico eiusdem qui hoc scribi feci et clausi.

**49909 NR 006**



**1499 març 28. Argentona.**

***Testament.*** *Bernat Boet, de la parròquia de Sant Julià d'Argentona, fa testament. Nomena marmessors a Joan Pug, paraire de Barcelona i al seu nebot Bartomeu Pug, de la parròquia de Sant Feliu de Cabrera. Vol ser enterrat en el cementiri de Sant Julià d'Argentona en el vas del mas Boet. Nomena hereus als seus fills Bartomeu i Benet a parts iguals.*

*A Pergamí original (179 x 480 mm.): AMVM, pergamí núm. 006, registre núm. 49909.*

In Christo nomine amen. Qui pro humani salute generis in sacro virginis thalamo patibilem assumere volunt carnem et pro lapsu hominis redimendum sacratissimum corpus sive humiliter exposuit passioni. Ego Bernardus Boet, parrochie /[2] Sancti Juliani de Argentona diocesi Barchinone, infirmitate detentus temens mori morte corporali in meo tamen bono censu sanaque memoria ac cum firma loquella existens meum facio, condo et ordino testamentum in quo meos pono /[3] et eligo manumassores et huius mei testamenti executores videlicet: Johannem Pugorum paratorem civem Barchinone et Bartholomeum Pugorum parrochie Sancti Felicis de Capraria, nepotem meum. A nos pro ut carius possum de procurator eisquem plenam dono /[4] et confero potestatem quod si me mori contingerit antequem aliud faciam seu ordinem testamentum ipsi duo aut unus eorum aut alterius eorum solus in alterius absentia et deffectu

ordinent et exequantur sive ordinet et exequatur hoc meum /[5] testamentum sive haut ultimam meam voluntatem pro ut inferius melius scriptum in venerint seu in venerit ac etiam ordinatum.

In primis et ante omnia volo et mando quod omnia debita mea que die obitus mei debeam persolvantur omnesque in /[6] iurie ad quarum restitutionem tenear restituantur breviter, simpliciter, sumarie et de plano scilicet dominum Deum et forum anime que tamen probari poterunt seu ostendi per testes instrumenta aut alia legitima documenta. Eligo autem sepul-/[7]turam corpori meo in cimiterio Sancti Juliani de Argentona, in vaso mansi den Boet. Accipio autem de bonis meis pro anima mea et sepultura fienda die missarum et capitorum anni et legata infascripta septem libras monete /[8] Barchinone, de quibus dimitto quolibet altari in predicta parrochia hedifficati unum solidum pro singulis missis celebrandis. Item dimitto cuilibet manamissori meo onore manumissorie tres solidos. Item dimitto domine Blanqu[...] mee amore /[9] Dei quinque solidos. Item volo et mando quod statui post obitum meum selebrentur triginta tres missas vulgariter nuncupate Sancti Amatoris in ecclesia Sancti Juliani de Argentona per rectorem seu eius vicarium, pro caritate quarum volo /[10] dari triginta tres solidos. Residum vero si quod fuerit completis et solutis omnibus predictis volo distribui in missis et elemosinis et piis causis ad cognitionem predictorum meorum manumassorum. Et si predicte · VII · libras non sufficierit /[11] ad solvendum legata supradicta volo et mando quod fiat complementum de aliis bonis meis. Item facio memoriam arrendamenti domus de Argentona quod fuit factum inter me et Johannem Pugorum pro spacium quatuor annorum /[12] finiendum prima die mesis madii anno a nativitate Domini · Mº · CCCC · LXXXX · VIIII ·

Omnia alia vero bona mea mobilia et immobilia et iura mea universa quecumque sunt et ubicumque dimitto et concedo Bartholomeo et Benedicto, filius meis, equalis partibus. /[13] Et si unus eorum moriatur bona mea revertantur altero de uno ad alium. Et si omnes obierint vel dessecerint quandocumque absque prole legitima vel etiam cum tali meo perveniente ad etatem condendi testamentum in tali casu substituo /[14] predictis et michi heredem universalem proximorem et propiumquiorem meum in gradu parentele descendentem. Et si ambo filii mei predicti moriantur quod Deus avertat […] volo et mando quod revertant quindecim libras barchinonensis in /[15] domo den Moyo, predicte parrochie de Argentona, et ultra ad cognitionem predictorum meorum manamissorum.

Hec est autem ultima mea voluntas seu meum ultimum testamentum quam seu quod volo quod valeat seu valere possit iure testamenti /[16] que vel quod si non valet aut valere non postest iure testamenti saltim volo quod valeat et valere possit iure codicillorum aut alias pro ut melius de iure valere poterit et tenere.

Actum est hoc in parrochia Sancti Juliani de Argentona viscesimo octavo die mensis marcii anno a nativitate Domini millessimo quadrigentesimo nonagesimo nono.

Sig+num Bernardi Boet testatoris predicti qui hoc meum testamentum laudo et firmo.

Testes huius testamenti rogati et vocati sunt Petrus Mayoll parrochie de Argentona et Petrus Pugorum parrochie Sancti Felicis de Capraria.

Signum Guabriellis Leopart presbiter vicarii et notarii publici parrochie Sancti Juliani de Argentona pro venerabili et discreto /[20] Matheo [Heroller] presbiter et rectore qui hoc presens testamentum scribi et clausit.

**49925 NR 122**



**1501 desembre 11. Barcelona.**

***Creació d'un censal mort.*** *Pere Vilar, mariner de la vila de Mataró i Joan Vilar, de la ciutat de Barcelona i la seva muller Eulàlia, venen a Eulàlia, muller de Francesc Oliver, ferrer de la vila de Mataró, un censal mort de pensió 23 sous i 7 diners.*

***Rebut.*** *Pere Vilar, mariner de la vila de Mataró, Joan Vilar, de la ciutat de Barcelona i la seva muller Eulàlia, reconeixen a Eulàlia, muller de Francesc Oliver, ferrer de la vila de Mataró, que ha dipositat a la taula de canvi de Barcelona 20 lliures corresponent al preu de la venda del censal mort.*

*A Pergamí original (551 x 612 mm.): AMVM, pergamí núm. 122, registre núm. 49925.*

**Document a:**

In Dei nomine. Noverint universi quod nos Petrus Vilar, marinerius ville de Materone, et Johannes Vilar causidicus civis Barchinone et Eulalia eius uxori gratis et excerta sciencia quod aliquibus negociis nobis valde utilibus et necessariis vendimus et ex causa venditionis concedimus vobis domine Eulalie uxori Francisci Oliver, quondam, farrerii dicte ville de Materone, nunc in civitate Barchinone residenti et vestris et quibus volueritis perpetuo instrumento tamen gratie redimendi mediante viginti tres solidos et septem denarios barchinonensis de censuali mortuo sive censuales annuales rendales et perpetuales in nuda tamen preceptione eorum franchos si quidem quitios liberos et inmunes ab omni contribucione,

questis, imposicions, tallie et quorumcumque aliorum onerum et servitutum ac exactionum quocumque nomine renseantur et ab omnibus etiam sumptibus et expresis habendos et percipendos per vos et vestros et quos volueritis a nobis et a bonis nostris et a fideiussoribus etiam infrascriptis et a quolibet nostrum in solum a festo sancti Thome presentis mensis decembris ad unum annum tunc proximo venturum et sit deinde anno quolibet in simili terminio sive die.

Hanc autem vendicionem et ex causa vendicionis concessionem facimus nos dicti venditores vobis dicte domine Eulalie et vestris et quibus volueritis de predictis viginti tribus solidos et septem denariis sicut melius dicti potest et intelligi ad vestrum vestrorumque salvamentum et bonum etiam intellectum promittentes quilibet nostrum in solidum vobis dicte emptrici quod predictam annuam pensionem francham et quitiam ut est dicutm aportabimus, dabimus et sovemus vobis et vestris in hiis successoribus in presenti civitate Barchinone et in hospicio habitacioris vestri et vestros anno quolibet in dicto termino sive die dia a diata. Sine aliqua videlicet dilacione, excusatione, compensacione, deductione et retencione et abque omni dampno, missione et interesse vestri et vestrorum. Convenimus eciam et promitimus quilibet nostrum insolidum vobis dicte emptori et vestris in hiis sucessoribus quod si forte contigerit vos vel vestros in hiis succesores aliquo anno vel aliquibus annis lapso termino solucionis cesuales mortu predicti per in propria persona vel mitere ad nos vel ad quem libet nostrum vel ad ffideiussores nostros infrascriptos aliquem nuncium, vel procurem vestrum, seu ipsorum suorum vestrorum pro peticione seu exactione dicti censualis mortui seu alicuius partis seu quantitatis ipsius aut alias ratione vel acctione aliquorum aliquorum aliorum supra et infra contentorum. Nos et nostris dabimus et solvemus vobis vel vestris pro salario et sumptibus vestris et eorum scilicet per qualibet die qua circa hec va[...]eritis vos vel vestri seu laborare contigerit scilicet intus presentem civitatem Barchinone tres solidos et extra eandem civitatem quiquam solidos Barchinone. Et ultra ipsum salarium cotidianum quilibet nostrum in solidum restituemus, solvemus et emendabimus vobis et vestris ad vestram et eorum voluntatem omnes et singulas missiones, sumptus, dampna et interesse si quas vel sique vos vel vestros aut dictum nuncium seu procuratorem vestrum seu ipsorum apportuerit facie seu modo sustinere pro peticione seu exaccione dicti censualis mortui aut alicuius partis seu quantitatis eiusdem vel alias ratione vel occasione aliquorum aliorum supra et infra contentorum. Super quibus quidem missionibus, sumptibus, dampnis et interesse credatur vobis et vestris vestro et eorum plano et simplici verbo vel […] simplici iuramento quod iuramentum vobis et eis nunc pertinent deferimus et prodelato id penitus haberi volumus ex pacto nullo alio probacionum genere requisito.

Pretium vero predicti censuales mortui quod vobis vendimus est viginti libri barchinonensi ad rationem seu forum decem septem millem solidorum pro mille solidos annue pensionis.

Et ideo renunciantes excepcioni pecuniem non numerate et non solute preciique predicti non habiti et non recepti et legi qua deceptis ultra dimidiam iusti precii subvenitur et exceptioni doli mali et actioni in factum et omni alii iuri, rationi et consuetudini contra hec repugnantibus. Damus et restituimus vobis et vestris irrevocabiliter inter vivos si quid predictum censuale mortuum quod vobis vendimus plus modo valet aut a modo valebit precio supradicto in super convenimus et promittimus vobis dicte dominie emptori et vestris quod predictum censuale mortuum, quos vobis vendimus, faciemus vos et vestros et quos volueritis habere,

Testes huius rey sunt Petrus Segui, minor dierum, ville de Materone et Joannes Sala perrochie Sancti Felicis de Cappraria. Sig+num Peri Mas fideiussoris predicti qui.

Sig+num Joannis Robert auctoritatibus apostolicam et regia notari publici regeniusque scribaniam ville et termini de Materone pro honorabili dominis Joanne Angel des Puig alias Ferrer, cive Barchinone, qui predictis interfuit hec quod scripsit et clausit.

**Document b:**

Sit omnibus notum quod nos Bartholomeus Vives et Sabestianus Carbonell vicinatii de Sant Crist, perrochie Sancti Genesii de Vilassario, confitemur et recognoscimus vobis Petro Mallol perrochie Sancti Juliani de Argentona quod dedistis et solvistis nobis bene et plenarie omni voluntati nostre omnes illas decem libras et decem solidos barchinonensis pro quibus seu quorum precio nos vendimus vobis et vestris et quibus volueritis perpetuo insturmento tamen gracie redimendi mediante duas quartenas frumenti boni, nitidi et receptibilis ad rectam mensuram de Argentona de censuali mortuo sive censuales annuales rendales et perpetuales anno quolibet solvendo in festo Sanctorum Petri et Felicis proxime venient pro ut de ipsam vendicione constat instrumento recepto per Joannem Robert notarii infrascriiptum die et anno infrascriptorum. Et ideo renunciando exceptioni peccuniem non numerate et non solute, non habite et non recepte et doli mali facimus vobis de predicto decem libris et decem solidis presentem apocham de soluto.

Actum est hoc in villa de Materone die quinta decima mensis decembris anno a nativitate Domini millesimo quingentesimo septimo.

Sig++na Bartholomey Vives et Sabestiani Carbonell predictorum omnium qui hoc laudamus et firmamus.

Testes hius rey sunt Petrus Segui minor dierum ville Matarone et Joannes Sala perrochie Sancti Felicis de Cappraria.

Sig+num Joannis Robert auctoritatibus apostolicam et regia notarii publici regeniusque scribaniam ville et termini de Materone pro honorabili domino Joanne Angel des Puig alias Ferrer, cive Barchinone, quii predictis interfuit hec quod scripsit.

**49899 NR 119**



**1508 febrer 27. Mataró.**

***Renúncia.*** *Sebastià Carbonell, fill de Miquel Carbonell veí del Sant Crist, de Vilassar i de la seva muller Antonia, ambdós difunts, renúncia a favor de la seva germanastra Margarida (filla de Miquel Carbonell i Isabel) a la seva herència sobre el mas Carbonell. Es reserva un cofre, el dret de ser alimentat i vestit mentre treballi en dit mas i 30 lliures.*

*A* *Pergamí original (514 x 372 mm.): AMVM, pergamí núm. 119, registre núm. 49899.*

In Dei nomine. Noverint universi quod ego Sabestianus Carbonell, filius et heres Michaelis Carbonell, vicinatus de Sant Crist, parrochie Sancti Genesii de Vilassario, et domine Anthonie eius uxoris, defunctorum, pro ut de mea universali herentia ut [...] constat ultimo testa-/[2]mento per dictum quondam Michaelem Carbonell patrem meum facto et ordinato in posse vicarii ecclesie Sancti Genesii de Vilassario die et anno in illo contentis. Attendens et considerans quia propter infirmitatem peste quam in estate proxime lapso habui [...] labore et [...] mansi /[3] Carbonell et eius pocessorum intendere seu facere non possum quia remansi debilitatus persone mee. Et quia cupio et desidero quod Margarita domicella filia dicti quondam Michaelis Carbonell et domine Isabelis, eius uxoris, viventis, prenignus sive madastra mee sororque mea /[4] ex parte patris [...] viro et colloretur melius in matrimonium et pro augmentatione ipsius mansi qui mansus est oneratus diversis debitis et reditis hiis et aliis attentis habito colloquio et concilio cum aliquibus amicis meis et ingradit parentele michi proximoribus /[5] sint visum et deliberatum melius et utilius fore michi de dicto manso et eius terris, honoribus et pocessionibus difinitionem facere infrascriptam pro quantitate infrascripta quod dictum mansum penes me retinere. Id circo confitens et assens me virtute iuramenti subscripti etatem /[6] viginti quinque annorum plenarie accessisse. Gratis et excerta scientia de et cum expressis consensu et voluntate Bernardi Bassa, parrochie Sancti Andree de Orrius, consobrini mei et Arnaldi Ferrer, alias Vehil, amici et vicini michi ingradu parentele propri quorum cum /[7] conditionibus et retencionibus infrascriptis per me et omnes heredes et successores meos quoscumque dono, absolvo, difinio, renuncio penitusque remitto atque relaxo vobis dicte Margarite, sorori mee ex parte patris, et vestris et quibus volueritis perpetuo totum predictum

mansum Carbonell /[8] et quintanam et cum omnibus et singulis aliis terris honoribus et pocessionibus atque vineis ipsius mansi cum introytibus, exitibus et omnibus iuribus et pertinentiis suis et omnia bona mobilia que in dicto manso sunt excepto uno gorzafilacio sive coffre absque /[9] rampis quod penes me retineo.

Et totum eciam ius et quid quit iuris et actionis, rationis, questionis et demande michi pertinet et pertinere potest sive debet aut poterit in futurorum in dicto manso honoribus et pocessionibus suis et aliis bonis pre-/[10]dictos que [...] dicti quondam patris mei et vestri tam ratione et occasione herentie per dictum quondam patrem meum michi facte in eius ultimo testamento legitime mee paterne et materne et ratione etiam dotis dicte domine Anthonie, quondam matris mee, quam do-/[11]tem ipsam quondam domina [mater] mea actulit et apportavit in dotem et pro dote atque nomine dotis sue tempore matrimonii dictorum parentum meorum et augmenti per dictum quondam patrem meum dicte dominie matris mee facti quod aliis etiam quibuscuis /[12] rationibus sive causis que dire possit vel eciam nominari qui quidem mansus Carbonell et quintana et alie pocessiones tenentur per monasterium beate Marie Montis Alacris ordinis Cartusiensis et eius honorabilem priorem et sub /[13] dominio et alodio eiusdem ad censum duarum corteriarum et medie de spelta, quinque cortariorum frumenti et duarum corteriarum medie ordey ad mensuram veterem Granullariorum anno quolibet solvendarum in festo Sanctorum Petri et Felicis et /[14] trium solidorum quinque denariorum et oboli sovendorum in festo nativitatis Domini.

Hanc autem donationem, absolutionem, difinitionem, renuntiationem et remissionem facio ego dictis Sabestianus Carbonell vobis dicte Margarite sorori mee et vestris /[15] et quibus volueritis ad in perpetuum de predicto manso Carbonell et eius terris, honoribus et pocessionibus atque aliis bonis predictis cum eorum universis iuribus et pertinentiis. Sicut melius utilius dici scribi atque rogitari potest bona fide et salvamentum vestri /[16] et vestrorum.

Sub pactis, conditionibus et retentionibus atque vinculis sequentibus videlicet: quod vos dicta Margarita soror mea et vestri habeatis et teneamini michi facere provisionem toto tempore vite mee naturalis in cibo [et] potu tam in sanitate quam in infirmitate /[17] stanti et laboranti in dicto manso Carbonell et ad oppus et utilitatem ipsius mansi et non alias. Et sub pacto quod vos dicta Margarita et vir vester futurus habeatis et teneamini solvere omnia debita et onera ipsius mansi tam debita quam decetero debenda sine dampno /[18] et missione mei et meorum. Et sub pacto et conditionee quod si vos dicta Margarita, soror mea, decesseris cum [filiis sive] liberis legitimis et naturalibus attingentibus ad etatem condendi testamentum in hiis casibus habeatis predicta omnia que vobis dono, absolvo, definiio, renuncio et re-/[19]mitto ad omnes vestras voluntates. Et si sorte decesseris absque dictis filiis vel cum talibus filiis quorum nullus ad dictam etatem testandi pervenerit in tali casu volo quod predicta qui vobis dono, absolvo, difinio et remito atque renuntio revertatur michi si [...] vixero sin /[20] autem filiis meis legittimis et naturalibus si habuero. Et si non habuero quod revertantur Petro Carbonell fratri meo et vestro ex parte patris. Exceptis quindecim libris barchinonensibus de quibus vos possitis testari et alias vestras facere omnimodas voluntates. Et sicut cum dictis /[21] pactis conditionibus. Extraho et evitio penitus predicta omnia et singula que vobis dicte Margarite sorori mee dono, absolvo, difinio atque renuntio de iure et dominio et posse et propietate mei et meorum ad inpepetuum. Eademque omnia et singula in vestrum ius dominium et /[22] posse atque propietate vestri et vestrorum mitto et transffero vostro pleno iure seu quasi ad habendum, tenendum et

possidendum atque faciendum inde vestras omnimodas voluntates sine contradictione et impedimento mei et meorum et alterius persone.

Et ex causa atque /[23] titulo huiusmodi absolutionis, difinintionis et remissionis dono, cedo et mando vobis dicte Margarite et vestris ad imperpetuum omnia loca et iura mea et omnes voces, vices, rationes et actiones meas reales et pesonales directas utiles atque mixtas et coherentes et quascumque /[24] alias michi competentes et competere debentes et debentia in dicto manso Carbonell et aliis bonis predictis et que fuerunt dictorum parentum meorum et contra quoscumque res ratione eorumdem. Quibus quidem locis, iuribus, vocibus, vicibus, rationibus et actionibus meis predictis possitis /[25] ex inde vos dita Margarita, soror mea, et vestri et quos volueritis uti agere et experiri agendo, defendendo, excipiendo, proponendo et replicando et omnia alia faciendo in iudicio et extra iuidicium quem ad modum ego facere poteram ante hiusmodi donationem, absolu-/[26]tionem, difinitionem et remissionem et etiam postea quandocumque.

Ego enim de certa scientia et consulte facio et constituo vos dictam Margaritam et vestros et quos volueritis in et super predictis omnibus que vobis dono difinio et remitto atque absolvo dominos et procuratores /[27] in rem vestram propiam et quorum volueritis ad inperpetuum. Salvis tamen semper in et super predictis que vobis dono absovlo, difinio et remito dictis annuis censibus, iure, dominio, laudimio, firma, faticha triginta dierum dicti monasterii Montis Alacris et eius /[28] honorabilis prioris. Et salvis etiam semper censu, iure, dominio, laudimio, firma, faticha triginta dierum illius domini seu dominorum pro quo seu quibus alique pecie terre ipsius hereditatis mostrabuntur teneri si que sint.

Pro huiusmodi vero difinitione, donatione, abso-/[29]lutione et remissione confiteor me habuisse et recepisse a vobis dicta Margarita triginta libras barchinonensis quas habeam ad omnes voluntates [meas].

Et ideo renunciando exceptioni pecunie non numerare, non habite et non recepte et dictarum difiniotionis, absolutionis et re-/[30]missionis atque donationis non factorum et doli mali et actioni in factum et legi que subvenit in venditonibus seu aliis [*ratllat*] contractibus deceptis ultra dimidiam vel in dimidiam iusti precii et suplii inde habere deberem sive michi competit in bonis et herditate dicti /[31] quondam patris mei sive in dicto manso vel pertinere poterit infuturum. Id totum vobis dicte sororis mee et vestris dono, difinio et remitto donatione pura perfecta et irrevocabili inter vivos, renuntians legi dicenti quod donationes causa ingratitudinis revocantur et omni /[32] alii iuri, legi, rationi et consuetudini hiis obviantibus. In super convenio et promitto vobis dicte Margarite, sorori mee, et vestris atque etiam sponte juro per dominium Deum et eius sancta quatuor evangelia, manibus meis corporaliter tacta, huiusmodi donationem, absolutionem, /[33] difinitionem, finem et cessionem et omnia alia et singula supradicta rata, grata et firma semper habere, tenere et servare et in nullo tenus contrafacere, vel venire, aliquo iure, causa vel etiam ratione.

Et nos dicti Bernardus Bassa et Arnaldus Ferrer, alias Vehil, de parentela et consanguinitate dicti Sa-/[34]bestiani Carbonell huiusmodi donationi, difinitioni sivi atque cessioni per dictum Sabestiani Carbonell vobis dicte Margarite de nostris expressis consensu et voluntate factis consentientes laudamus hec et firmamus.

Ad hec ego dicta Margharita laudans et approbans omnia et singula su-/[35]pradicta acceptans qui a vobis dicto Sabestiano Carbonell, fratre meo, predictorum donationem, absolutionem, difinitionem et renmissionem per vos michi de dicto manso et aliis predictis factos cum pactis et conditionibus pre expressis et cum graciorum actione convenio et promitto /[36] vobis atque etiam juro sponte in animam meam per dominum Deum et eius sancta quatuor evangelia, manibus meis corporaliter tacta. Et ipsa pacta et conditiones attendemus et complebimus ego et mei vobis et vestris pro ut melius et plenius superius continuatur et ex-/[37]pressamur obligando pro hiis vobis et vestris predicta omnia per vos michi donata, absoluta, difinita et remissa atque alia omnia et singula bona mea mobilia et in mobilia, habita et habenda. Volentes nos dicte partes quod de huiusmodi nota fiant et fieri possunt duo publi-/[38]ca consimilia instrumenta quorum unum utrique parti nostrum trabatur per notarii infrascriptum.

Actum est hoc in villa de Materone die vicesima septima mensis febrarii anno a nativitati Domini millesimo quingentesimo octavo.

Sig+num Sabestiani Carbonell /[39] difinientis qui hec laudo, firmo et juro. Sig++na Bernardi Bassa et Arnaldi Ferrer, alias Vehil, predictorum qui hec laudamus et firmamus et predictis omnibus assensium nostrum prestamus.

Testes hius rey sunt Anthonius Oliver, faber, de Materone /[40] et Franciscus Matheu de Cappraria.

Sig+num Margarite predicte acceptantis que predicta omnia et singula laudavit, firmavit et juravit in dicta villa de Materone die vicesima octava dicti mensis febroarii. Presentibus testibus Pero Segui maiore /[41] dierum et Joanne Mas ac non surore ville de Materone. /[42]

Ego frater Andreas Perez priori monasterii predicti Montis Alacris qui predicta firmo domini ratione iuribus dicti monasterii in omnibus semper salvis. /[43]

Sig+num Joannis Robert auctoritatibus apostolica et regia notarii publici regensque scribaniam ville et domini de Materone pro honorabili domino Joanne Angel des Puig, alias Ferrer, cive Barchinone [...] predictum instrumentum /[44] racione domini firmatum recepit, scripsit et iuri ante publicam [...] religit et clausit constat de superpositis in lineis · XI · “mater” · XVI · et · XVIII · “filiis sive” · XXVIIII · “meas”.

**49903 NR 117**



**1510 febrer 14. Mataró.**

***Creació de censal mort.*** *Bartomeu i Pere Arnau, de Cabrera, Salvador Abril i Bernat Guerau, de Vilassar i Jaume Batlle, d'Argentona en representació de Nicolau, Miquel i Joan Preses, tots tres fills d'Antoni Nicolau Preses, de la parròquia de Sant Martí de Montnegre, venen a Esteve Llentisclà, d'Argentona, i a Mateu Pere, de Sant Esteve de Canyamàs, tutors dels fills de Bartomeu Vinyals, un censal mort per un preu de 30 lliures i pensió anual de 40 sous.*

***Rebut.*** *Bartomeu i Pere Arnau, de Cabrera, Salvador Abril i Bernat Guerau, de Vilassar i Jaume Batlle, d'Argentona, reconeixen haver rebut d'Esteve Llentisclà, d'Argentona i Mateu Pere, de Canyamàs, tutors dels fills de Bartomeu Vinyals, 30 lliures per la venda d'un censal mort i pensió anual de 40 sous.*

*A Pergamí original (450 x 524 mm.): AMVM, pergamí núm. 117, registre núm. 49903.*

**Document a:**

[In Dei nomine noverint universi] quod nos Bartholomeus Arnau et Petrus Arnau, eius filius hereditarius, perrochie Sancti Felicis de Cappraria, Salvatore Abril, Bernardus Guerau, perrochie Sancti Genesii de Vilassario et Jacobus Balle, perrochie Sancti Juliani [de Argentona …]. Considerantes quia nos desideramus quod Nicholaus Preses, Bartholomeus Preses, Michael Preses et Joannes Preses filii dicti Nicholai Preses, perrochie Sancti Martini de Montenigro qui sunt [...] […antur et] maneant in pace domini regis et propter hoc ipsi tenentur dare certam pecunie quantitatem honorabili dominie Elianori uxori honorabilis Geraldi de Gualbis, quondam, dicti castri de Montenigro. Qua quantitatem […arum] in si per nos fieret vendicio de censuali infrascripto.

Id vero gratis et ex certis nostris scienciis dictis respectibus nominibus nostris propriis per nos et omnes nostros heredes et successores vendimus et ex causa hiusmodi [... vobis] Stephano Lentiscla predicte parrochie Sancti Juliani de Argentona et Matheo Pedro parrochie Sancti Stephani de Canyamas tutoribus et curatoribus filiorum pupillorum Bartholomei Vinyals, quondam, predicte parrochie, [… sibus] nomine et ad opus dictorum pupillorum et de [pecuniam] ipsorum et dicto pupillis et suis et quibus volueritis et voluerit perpetuo instrumento tamen gratie redimendi mediante quadraginta solidos barchinonensis et de censuali mortuo sive censuales annuales rendales et perpetuales in nuda tamen preceptione eorum.

Hoc est sine omni firma, faticha, laudimio, tercio et foriscapio sed cum omni alio iure et cohercione habendi et percipiendos eosdem habendos et percipiendos per vos dictos tutores quam domini dicta vestra tutela durabit. Et ex post ea finita per dictos pupillos et sitos et quos volueritis et voluerint franchos sciliter et quitios liberos et jurantes ab omnibus et singulis questis, peytis, donis, servicis, servitutibus, murieribus et exactionibus atque contributionibus regularibus realibus et vicinalibus et aliis quibuscumque. Et ab omnibus etiam emparis marchio represaliis iure guerris et alio quibuscumque inpedimento et ab omibus itaque missionibus et expensis vestros et vostrorum dicto nomine et dictorum pupillorum et suorum a nobis dictis venditoribus et de ac super universis et singulis bonis meis et cuiuslibet nostrum [in solidum mobilibus et imobilibus ubique habitis et habendis a die presentis qua hoc presens confititur instrumentum ad unum [anuarum] primo et continue venturum. Et hoc deinde anno quolibet in dicto vel [...] termino sive die.

Promittentes nos dicti venditores vobis dictis tutoribus nomine predicto et dictis pupillis et suis quod predictum censuale mortum et eius annuam pensionem francham et quitiam ut est dictum nos et nostri dabimus et solvemus, trademus et aportabimus vobis dictis tutoribus quam dicta vestra tutela durabit et ex post ea finita dictis pupillis et suis intus dicta parrochia Sancti Juliani de Argentona et in domo proprie habitacionibus dictorum pupillorum et suorum nostris et nostrorum propriis missionibus et expensis. Et si forsam alique unius seu aliquibus annis lapso termino solutionis seu solucionum dicti censualis opportauerit vos ipsos tutores seu dictos pupillos et suos personaliter ire aut [in…] quem seu procurem mitere ad nos seu nostros aut alterorum nostrum seu nostrorum causa petendi exhigendi et habendi aliquam vel aliquas pensionem seu pensiones dicti censualis aut aliquam partem seu quantitatem ipsius vel ipsarum ultra sum terminum sovi cessatam vel cessatas.

Convenimus et promitimus vobis nomine predicto et dictis etiam pupillis et suis dare et solvere vobis et ipsis aut dicto nuncio seu procuratori vestri et eorum per quolibet die qua per hiis ubique laboraveritis aut laboraverit quinque solidos dicte monete ultra quos restituemus sovemus et emendabimus nos et nostris vobis dicto nomine dictis quam pupillis et suis ad vestram et eorum voluntatem in dilate vineis et singulas missiones superius exprensas, dampna et interesse quas quos et que vos nomine quo supra seu dictos pupillos et suos opportuerit facere aut modo aliquo sustinere per petitione et ex actione censualis predicti ante alicuius partis seu quantitatis eiusdem. Super quibus quidem missionibus, sumptibus, expensis, dampna et interesse [renuntio] etiam dierum salarii predicti credatur et credi volumus vobis dicto nomino ac dictis pupillis et suis plano et sumplici verbo nullo alio probationum genere requisito.

Dicto precio vero predicti censualis mortui quod vobis dicto nomine vendidimus dedistis et sovistis nobis et confitemur nos a vobis habuisse et recepisse triginta libras Barchinone ad forum seu rationem quindecim mille solidorum pro millenario annue pensionis.

Et ideo renunciando exceptioni peccuniem non numerate et on solute precique predicti non habiti et non recepti et legi qua deceptis ultra dimidiam iusti precii sub venitur, et doli mali, et in factum actioni omnique alii iuri rationi et consuetudini hiis obviantibus quovismodo. Dantes et scienter remittentes vobis dictis emptoribus nomine predicto dictisque pupillis et suis si quid predicctum censuale mortuum quod vobis vendimus plusmodo valet aut a modo valebit precio memorato. In super convenimus et bona fide promittimus vobis quod predictum censuale mortuum quod vobis vendimus et eius annua pensionem pencio salario et missiones et alia eius accessoria faciemus nos et nostri vos dicto nomine ac dictos pupillos et suos et quos volueritis et voluerint habere, tenere, percipere et possidere in pace perpetuo contra omnes personas.

Ex que tenebimur vobis et eis semper de firmita et legali evictione et legitima defensione eiusdem in iudicio et extra omni exceptione remota in alterius convenimus et promittimus vobis dictis tutoribus presibatis sub pena quinquaginta solidorum dicte monete adquirenda et dividenda casu quo comittatur que totiens comittatur et exhigi possit quociens in predictis vel infrascriptis seu eorum aliquo per nos seu nostros fuerit aliqualiter contrafactum per medietate vobis nomine dictorum pupillorum et eisdem etiam pupillis et suis et pro altera medietate venerabili baiulo de Materone aut alii cuiuscumque regio officiali inde executione facienti. Quaque pena comissa vel non soluta vel non alias graciose remissa nichilominus predicta et infrascripta omnia et singula rata maneant perpetuo atque firma et ad eorum observationem firmiter et efficaciter teneantur et stringamur nos et nostris omni exceptione remota. Quod de aut super predictis vel infrascriptis seu eorum aliquo meo firmabimus nos seu viri nec aliquis nostrum seu nostrorum firmabit vobis nominus dictorum pupillorum nec ipsis etiam pupillis vel suis in hiis successoribus ius nec causabimur seu causabitur vobiscum seu [...] ipsis nec contestabimur vel contestabitur vobis seu cum eis litem nec opponemus seu opponet nec opponi faciemus vel faciet contra vos seu dictos pupillos, vel suos in hiis successores, exceptionem aliquam dilatoriam solutionis vel declinatoriam fori seu premptoriam ante aliquam aliam exceptionem vel causam ad predicta vel infrascripta seu eorum aliquod contrariam ullomodo. Quod quem non utemur nec utetur nec uti etiam possimus sive possit aliquit nostrum hiis quibus supra et infra renunciamus seu eorum aliquo. Et volumus et consentimus expresse quod de hiis et prohiis possit et habeat fieri exercicio contra nos et bona nostra et cuiuslibet nostrum in solidum tanquam pro debito in iudicio confessato seu pro re indicata per appelationem vel alias non suspensa. Et sic pro predictis et infrascriptis omnibus et singulis complendis et firmiter attendendis tenendis et observandis nos omnes superius nominati et quilibet nostrum in solidum obligamus vobis dictis tutoribus nomine predictorum pupillorum et ipsis etiam pupullis [et suis] omnia et singula bona nostra et cuiuslibet nostrum insolidum mobilia et inmobilia habita ubique et habenda. Renunciantes quam ad hec beneficio novarum constitutionum et et dividendorum actionum et epistole divi Adriani et consuetudini Barchinone loquenti de duobus vel pluribus insolium se obligantibus. Et legi sive iuri dicenti quod pena semel ex acta amplius peti seu exhigi non possit. Et alii dicenti penam quantitatem sortis excedere non posset. Et alii etiam dicenti quod qui factum promitimur solvendo interesse et alias liberatur ab ipsa promissione et consuetudini Barchinone siqua sit que prohibeat penam dari et solvi et restitutionem missionum dampnorum et interesse fieri. Et spacio etiam decem dierum quatuor

et sex mensum ferisque messum vindemiarum et mundinarum et omni alii spacio seu termino in et pro similibus dari assueto et concesso ac dando et concedendo. Et omni in quam firme iuris omnique libelli oblaciomilitis contestatione iuidicis assignationi et eius officio et bonorum etiam cessionis beneficio nec non et omnibus appellationibus pro notationibus reclamationibus auxiliis et favoribus quibuscumque nos seu aliquem nostrum iuvantibus impremissis. Et omni etiam privilegio elongationis provisionis supercedimenti guidatici et gratie obtento vel obtinendo emanato seu emanando ad non rege domino o regina eorum que liberis seu procuribus aut ab alia quocumque persona ecclesiastica vel seculari de hiis potestatem habente vel habitura ubi etiam ipsum privilegium provisio seu gratia concessum vel concessa sui aut imposterorum concede retur ex mera liberalitate vel motu proprio concessoris aut in favorem alicuius armate viagii passagi domini regiis guerre pacis legationis aut insultus gentium extranearum sive in restauratione casalis vel exquamcumque alia utilitate, necessitate vel causa quantumcumque urgente vel necessaria ubi etiam force extrema quod ab sit. Et etiam renunciamus foro nostro proprio et ipsius fori privilegio et legi si contenerit et de iurisdictione omnium iudicio et iuri revocandi domini submittentes nos et bona nostra foro districtui et executioni honorabilis baiuli de Materone et illius cuiuscumque officialis coram quo seu quibus convenire volueritis [et voluerit] et exponere. Retioclamum contra nos et bona nostra nec suam et omnibus et singulis aliis legibus, iuribus, usibus, rationibus, constitutionibus et consuetudinibus hiis obviantibus quovismodo.

Et ut predicta omnia et singula maiori robore fulciantur novis nec dolo sed sponte iuramus nos omnes superius nominati in cuntibus nostri per dominum Deum et eius sancta quatuor evangelia, manibus nostris corporaliter tacta, omnia et singula attendere et complere tenere et observare et sit nullo contrafacere vel venire aliquo iure causa vel etiam ratione.

Et est certum quod predictum censuale mortuum et eius annuas pensiones, penas, salaria et missiones et alia eius accessoria scribimus et sub pena tercii facuere promitimus nos omnes superius nominati vobis dictis tutoribus nomine predicto et predictis pupillis et suis in libris terciorum honorabilis baiuli de Materone seu illius alterius curie in qua de premissis vos eodem nomine volueritis et dicti pupilli voluerint. Hec recursum seu de eisdem contra nos et bona nostra et cuiuslibet nostrum insolidum exponere retrodamum obliganta per inde personas et bona nostra et cuiuslibet nostrum insolidum. Et ideo volumus et consentimus expresse quod predicta tercii scriptura huius instrumento vel contra injurime deregetur nec una caucio pro alia [virtute] sed una alteri aciesti et consolidentur vobisque predicto nomine predictique pupilli et sui possitis et possint ipsis obligationibus debabus aut illa ex eis quam malueritis et maluerint in simul vel devisum libere uti et super eisdem pro libito variare dum de predictis vobis et alias aliquid debeatur. Hec igitur que et pro ut dicta sunt supra facimus paciscimur convenimus et promittimus nos omnes superius nominati vobis dictis tutoribus et dictis pupillis et suis et notario etiam infrascripto ut publica persone pro vobis et vestris et pro aliis etiam personis omnibus quarum interest et intererit recipie ut et paciscenti ac etiam legitime stipulanti.

Actum est hoc in villa de Materone die decima quarta mensis fabroarii anno a nativitate Domini millesimo quingentesimo decimo.

Sig++na Bartholomeus Arnau et Salvatoris Abril predictorum qui hec laudamus, firmamus et juramus. Presentibus testibus Joanne Mas cirurigico et Anthonio Folgueres paratore ville Materone.

Sig+num Petri Arnau predicti qui hec laudo, firmo et juro die et anno proxime dictis in dicta villa de Materone. Presentibus testibus Guillermo Vendrell habitatore dicte ville de Materone et dicto Joanne Mas.

Sig+num Bernardi Guerau predicti qui hec laudo, firmo et iuro in parrochia Sancti Felicis de Cappraria die decima quinta mensis fabroarii anno predicto. Presentibus testibus Anthonio Coday, rayolerio regni Francie, habitatore in dicta parrochia et Antonio Calbet ville de Materone.

Sig+num Jacobi Balle predicti qui predicta omnia et singula laudamus, firmamus et juramus in villa de Materone. Quam firmam fecit in posse Joannis Merti in hiis interesentorum nomine et vice Joannis Robert notarii infrascrascriptum die decima septima dicti mensis fabroarii. Presentibus testibus Joanne Mas cirurgico predicto, Anthonio Folgueres paratore et dicto Joanne Merti ville de Materone.

Sig+num Joannis Robert autoritatibus apostolica et regia notarii publici regensque scribaniam ville et termini de Materone pro honorabili domino Joanne Angel des Puig, alias Ferrer, cive Barchinone qui predicto interfuit hecque scribi fecit et clausit constat de superpositis in lineis · XI · “annui” · XXXIIII · “et suis” · XXXXIII · “et voluerint”.

**Document b:**

Sit omnibus notum quod nos Bartholomeus Arnau, Petrus Arnau eius filius hereditatus parrochie Sancti Felicis de Cappraria, Salvator Abril, Bernardus Guerau parrochie Sancti Genesii de Vilassario et Jacobus Balle parrochie Sancti Juliani de Argentona confitemur et recognoscimus vobis Stephano Lentiscla, parrochie Sancti Juliani de Argentona et Matheo Pedro parrochia Sancti Stephani de Canyamas, tutoribus et curatoribus filiorum pupillorum Bartholomey Vinyals, quondam, predicte parrochie Sancti Juliani de Argentona que dedistis et solvistis nobis bene et plenarie ad nostram voluntatem omnes illas triginta libras Barchinone pro quibus seu quarum precio nos vendidimus vobis ementibus nomine et ad opus dictorum pupillorum et de pecunnia illorum et dictis pupillis et suis et quibus volueritis et voluerint perpetuo instrumento tamen gracie redimendi mediante quadraginta solidos dicte monete de censuali mortuo, sive censuales annuales rendales et perpetuales anno quolibet solvendos decima quarta mensis fabroarii pro ut de ipsa venditione constat instrumento in scribania de Materone die presenti et infrascripta. Et ideo renunciando exceptioni pecunie non numerate et non solute et doli mali facimus vobis eodem nomine et dictis pupillis de predictis triginta libris presentem apocham de soluto.

Actum est hoc in villa de Materone die decima quarta mensis fabroarii anno a nativitate Domini millesimo quingentesimo decimo.

Sig++na Bartholomey Arnau et Salvatoris Abril predictorum qui hec laudamus et firmamus. Presentibus testibus honorabili Joanne Mas cirurgico et et Anthonio Folgueres paratore ville de Materone.

Sig+num Petri Arnau predicti qui predicta omnia et singula laudo et fimro in dicta villa die et anno proxime dictis. Presentibus testibus Guillermo Vendrell habitatore dicte ville de Materone et dicto Joanne Mas.

Sig+num Bernardi Guerau predicti qui predicta omnia et singula laudo et firmo in parrochia Sancti Felicis de Cappraria die decima quinta mensis fabroarii anno predicto. Presentibus testibus Anthonio Coday raiolerio regni Francie, habitatore in dicta parrochia et Anthonio Calbet ville de Materone.

Signum Jacobi Balle predicti qui predicta omnia et singula laudamus et firmamus in villa de Materone. Quam firma fecit in posse Joannis Merti in hiis interessentorum nomine et vire Joannus Robert notarii infrascrpti die decima septima dicti mensis fabroarii. Presentibus testibus predicto Joanne Mas cirurgico, Anthonio Folgueres paratore et dicto Joanne Merti ville de Materone.

Sig+num Joannis Robert auctoritatibus apostolica et regia notarii publici regenesque scribaniam ville et termini de Materone pro honorabili domino Joanne Angel des Puig, alias Ferrer, cive Barchinone qui predictis interesint hec que scribi fecit et clausit.

**49853 NR 649**



**1510 maig 20. Mataró.**

***Rebut.** Jaume Ponts, fill de Simó Ponts, difunt, de Cabrera, reconeix haver rebut de Bartomeu Bonet, paraire d'Argentona, 20 lliures en concepte del preu de la venda d'un censal mort de pensió anual 26 sous i 8 diners. Dit censal era satisfet a Simó Ponts per Joan Diumer i la seva muller Joana, de Vilassar.*

*A Pergamí original (145 x 384 mm.): AMVM, pergamí núm. 649, registre núm. 49853.*

Sit omnibus notum quod ego Jacobus Ponts, filius et heres Simonis Ponts, quondam, perrochie Sancti Felicis de Cappraria, pro ut de eius universali herencia constat ut assunt ultimo testamento per dictum Simonem Ponts, facto et ordinato in posse vicarii ecclesie Sancti Felicis de Cappararia die et anno in illo contentis, confiteor et recognosco vobis Bartholomeo Bonet,

paratori, perrochie Sancti Juliani de Argentona, quod solvistis et tradidistis michi bene et plenarie omni voluntati mee omnes illas viginti libras barchinonensis pro quibus seu quorum pretio ego vendidi vobis et vestris et quibus volueritis perpetuo [...] illud censuale mortuum pencionis annue viginti sex solidorum et octo denariorum dicte monete et penciones ab inde debendas et precii seu propietatis viginti librarum dicte monete quod Joannes Diumer et Joana, eius uxor, et Joannes Diummer, dictorum conjugum filius, perrochie Sancti Genesii de Vilassario, faciebant et prestabant facere et pestare tenebantur et consueverant anno quolibet dicto quondam Simoni Ponts, patri meo et, [post] eius mortem michi, vicesima mensis januarii pro ut de ipsa venditione constat instrumento publico apud Joannem Robert, notarii insfrascriptum, die et anno infrascriptis. Et ideo renunciando excepcioni pecunie non numerate et non solute et doli mali facio vobis de predictis veginti libris presentem apocham de soluto.

Actum est hoc in villa de Materone die vicesima mensis maii anno a nativitate Domini millesimo quingentesimo decimo.

Sig+num Jacobi Ponts predicti qui hec laudo et firmo.

Testes huius rey sunt Bartholomeus Puig, perrochie Sancti Felicis de Cappraria, Guillermus Simon, marinerius, perrochie Beate Marie Calidarum de Staracho et Antonius Torroella ville de Pineda.

Sig+num Joannis Robert auctoritate apostolica et regia notarii publici regenti que scribaniam ville et termini de Materone pro honorabili domino Joanne Angel des Puig alias Ferrer cive Barchinone qui predictis inter sunt hec que scripsit et clausit constat de superposito in linea · VIII · “post”.

**49860 NR 637**



**1519 abril 3. Dosrius.**

***Rebut.*** *Antoni Estaper, de Dosrius, reconeix haver rebut de Mateu Vidal, àlies Carbonell, de Vilassar i de la seva dona Margarida [Carbonell], 40 lliures, una caixa de núvia i joies per la dot de Francina [Carbonell] muller del dit Antoni, germana de Margarida i per tant cunyada de Mateu.*

*A Pergamí original (150 x 282 mm.): AMVM, pergamí núm. 637, registre núm. 49860.*

Noverint universi quod ego Anthonius Staper, parrochie Sanctorum Aciscli et Victorie de Duobus Rivis Barchinone diocesis, gratis et ex certa scientia /[2] per me et omnes heredes et sucessores meos quorumque. Confiteor et in vereitate recognosco vobis Matheo Vidal, alias /[3] Carbonel, parrochie Sancti Genesii de Vilaçar, vicinatus de Sent Crist, dicte diocesis, et vestris quod dedistis et sovistis bene ad meam voluntatem /[4] numerando realiter omnes illas quatraginta libras Barchinone cum uno tecatio et joyas dotales quas vos et domina Margarita/[5] uxore vestra promissistis in dote et nomine dotis Francine, cognata vestri sororis dicte Margarite, uxoreque me dicti Anthoni Staper, cumdequibus /[6] eidem Frencine ego feci et firmari dotalicium instrumentum in posse notari infra scripti die et anno in eo contentis pro cum presentii /[7] sivi laudo, remisso et confirmo volens quod instrumento debitorum per vos et dicte uxore vestre de predictis · XXXX · libris tecatio et joyas in /[8] facimus compelletur et anulletur quod mi nec meis non possit p[...] nec vovis nec vestris obesse modus solutionis fuint quod solvistis /[9] mihi in tribus solutionibus. In prima solutione solvistis mihi viginti libras, alie vero viginti libras solvistis in duabus [...] solutionibus. /[10]

Et ideo renunciando exceptioni pecunie non numerate et non habite et non recepte et doli mali et actione in factum et omni alii /[11] juri, rationi, consuetudini contra hec repugnantibus facio vovis et vestris de predictis · XXXX · libris, tecatio et joyas presente apocham et /[12] bonum et perpetuum firme et pactum firmissimi de ulterius non petendo et de non agendo vallamus stipulanetm sollemni inposse /[13] notarium infrascripti in testimoni in premissorum.

Actum est hoc in parrochie de Duobus Rivis die · III · mensis aprilis anno Domini millessimo quingentesimo decimonono.

Sig+num mei Anthonii Staper qui hoc laudo, juro et firmo.

Testes sunt discretus Iohannes de Borderis presbiter et Anticus Levaneris de Duobus Rivis.

Sig+num mei Apallonii Anglada presbiteri vicarii eclesie Sanctorum Aciscli et Victorie de Duobus Rivis auctoritate apostolica notari publici regenti scribaniam dicte parrochie pro venerabile rectore qui hec scripsit corexi et emendavi et signo quo v[...] signavi.

**49856 NR 639**



**1523 desembre 14. Vilassar.**

***Compravenda a carta de gràcia.*** *Francesc Mateu, pagès de la parròquia de Sant Feliu de Cabrera, ven a Mateu Vidal, àlies Carbonell de la parròquia de Sant Genís de Vilassar, dos peces de terra situades a la parròquia de Cabrera en el lloc anomenat Cosayol. El preu de la venda és de 12 lliures.*

***Rebut.*** *Francesc Mateu, de la parròquia de Sant Feliu de Cabrera, reconeix haver rebut 12 lliures de Mateu Vidal, àlies Carbonell, de la parròquia de Sant Genís de Vilassar per l'anterior venda.*

*A Pergamí original (298 x 431 mm.): AMVM, pergamí núm. 639, registre núm. 49856.*

**Document a:**

In Dei nomine amen. Noverint universi quod ego Franciscus Mathei pagesius parrochie Sancti Felicis de Capraria, diocesis Barchinone, pro sucurrendis aliquibus nececitatibus quibus cum minori dampno bonorum meorum previdere non possum [quod per viam venditionis infrascripte] ideo gratis et ex certa sciencia vendo et ex causa vendicionis consesionem facio per purum et franchum alodium vobis Matheo Vidal, alias Carbonel, parrochie Sancti Genesii de Vilasario dicte diocesis et vestris et quibus volueritis, instrumento tamen gratie redimendi mediante, duas pecias terre separatas constitutas in dicta parrochia de Capraria que sunt in loco vocato Cosayoll. Pro ut affrontatur una illarum ab oriente in honore vestro dicti emptoris, a meridie in honore Petri Duran de Vilasario, ab occidente in honore mansi Anthoni Mir de Capraria, a circio in honore Johannis Varinoll de Vilasario.

Et alia pecia terre in dicto loco pro ut affrontatur ab oriente in honore Iohannis Mayolas, a meridie in honore dicti Varinol, ab occidente cum dicto Petro Duran, a circio in honore Petri

Canal de Capraria. Et sunt dicte pecie terre seminature quinque quartanorum quelibet earum paulo plus vel minus.

Hanc autem vendicionem et ex causa vendicionis consesionem de predictis et superius confrontatis et designatis peciis terre vobis et vestris et quibus volueritis facio pro ut melius et utilius ad vestrum vestrorumque bonum, sanum, firmum, intellectum dici potest et intelligi extraens predicta que vobis vendo a iure, dominio et proprietate mei et meorum eadem quod in vestrum dominium et posse mitto et transffero irrevocabiliter pleno iure ad habendum tenendum ommnique tempore pacifice possidendum et inde vestras vestrorumque voluntates libere faciendas sine contradictione mei et meorum et alterius cuiuscumque persone promitentes tradere vobis aut cui volueritis loco vestri possessionem corporalem seu quasi predictorum que vobis vendo et in ea vos vel vestros et quos volueritis facere et existere possiores preterea ex causa huiusmodi vendicionis et alias pro ut melius de iure valere poterit et tenere dono, cedo et mando hanc trasfero vobis et vestris perpetuo omnia iuro omnisque actiones reales et personales mixtas, utiles et directas, ordinarias et extraordinarias et alias quascumque michi competencia et competentes competere que debencia et debentes in predictorum que vobis vendo contra quascumque personas et in quibuscumque bonis et rebus ratione et ocasione eorundem.

Quibus iuribus et accionibus possitus vos et vestri et quos volueritus perpetuo agere et experiri agendo silicet defendendo et respondendo, excipiendo, proponendo et replicando et omnia alia et singula facinedo in judicio et extra judicium quecumque et quem ad modum ego facere poteram ante huius modi vendicionem juriumque secionem et possum nunque et etiam posteam quamdocumque.

Ego enim facio et constituo vos et vestros et quos volueritus in hiis dominios et procuratores ut in rem vestram propriam ad faciendum inde vestras vestrorumque omnimodas voluntates sub pacto et condicionem quod non posim tradere. Et dictis peciis terre nisi per proprium usum et que si vos firmaveritus illo anno et acataveritis quod pro illo anno non posim tradere vos a dictis peciis terre. Et est conventum que singulis annis retenetur sex denarii a dicto precio et nichil aliud in predictorum rettinemus.

Precium autem huiusmodi venditionis est duodecim librarum Barchinone quas quidem duodecim libras confiteor et recognosco habuisse et recepisse ad meas omnimodas voluntates.

Et ideo renunciando exceptioni dicte pecunie non numerate, non habite et non solute et doli mali et accioni in factum et omni alii juri, racioni et consuetudini hiis obviantibus dono et remitto vobis dicto emptori et vestris et quibus volueritis perpetuo si quid predicta que vobis vendo plus modo valent aut decetero valebunt precio ante dicto in super convenio. Et bona fide promitto quod predicta que vobis vendo cum omnibus melioramentis ibi factum et faciendis faciam ego et mei vos et vestros et quos volueritus habere, tenere ac etiam pacifia possidere contra omnis personas. Quod que tenebimur ego et mei vobis et vestris et quibus volueritus semper de firme et legali eviccione et de legitima defensione erorundem. Et pro hiis omnibus et singulis attendendis firmiter et complendis obliguo vobis et vestris et quibus volueritis omnia et singula bona mea mobilia et inmobilia presencia et futura ubique habita et habenda. Et ut predicta omnia et singula maiori gaude aut firmitate non vi nec dolo sed sponte juro in animam meam per dominum Deum et eius sancta quatuor evangelia manibus meis corporaliter tacta in

manu et posse notarius infrascripti tanquam publice persone pro vobis et omnibus aliis quorum intersit recipientis, passicentis ac eciam legitime stipulantis predicta omnia et singula attendere, complere, tenere et observare et in nullo contra facere vel venire iure aliquo causa seu etiam ratione.

Actum est hoc in parrochia Sancti Genesii de Vilasario die decima quarta mensis decembris anno a nativitate Domini millessimo quingentesimo vigesimo tercio.

Sig+num mei Francici Matheu predicti qui predicta laudo firmo et iuro.

Testes huius rei sunt discretus Dominicus de Baura presbiter [...] dicte ecclesie de Vilasario et Johannis de Sogovia nuncius baiuli dicte parrochie.

Sig+num mei Jacobi Boxader presbiter vicarius et notarii ecclesie Sancti Genesii de Vilasario Cristibus apostolica et magnifici domini Johannis Lazeri canonici Terracone et rectoris dicte ecclesie qui premissis interfui eaque scribi feci et clausi et constat de superosito in linea secunda ubi suprapositu "quod per viam venditionis infrascripte".

**Document b:**

Sit omnibus notum quod ego Franciscus Mateu, parrochie Sancti Felicis de Capraria diocesis Barchinone, gratis et excerta sciencia confiteor et recognosco habuisse et recepisse a vobis Matheo Vidall alias Carbonel, parrochie Sancti Genesii de Vilasario, duodecim libras Barchinone pro quibus seu quorum precio vendidi vobis et vestris, instrumento tamen gratie redimendi mediante, quasdam duas pecias terre pro ut de dicta vendicione plene constat instrumento inde acto in posse notarius infrascripti die et anno subscripti. Et ideo renunciando exceptioni dicte pecunie non numerate, non habite et non recepte et doli mali et in factum accioni et omni alii juri, racioni et consuetudini hiis obviantibus presentem vobis facio apocham de soluto et pactum firmissimum de ulterius non petendo et de non agendo in judicio neque exta judicium solleni stipulatione vallatum.

Actum est hoc in parrochia Sancti Genesii de Vilasario die decima quarta mensis decembris anno a nativitate Domini millesimo quingentesimo vigesimo tercio.

Sig+num mei Francici Mateu predicti qui predicta laudo, firmo et iuro.

Testes huius rey sunt discretus Dominiciis de Bauro presbiter de[...] dicte ecclesie de Vilasario et Johannes de Sogovia nuncius baiuli dicte parrochie.

Sig+num mei Jacobi Boxader presbiter vicarius et notarii ecclesie Sancti Genesii de Vilasario Cristibus apostolica et manifici domini Johannis Lazeri canonici Terracone et rectoris dicte ecclesie qui premissis interfui eaque scribi feci et clausi.

**49878 NR 695**



**1532 maig 2. Barcelona.**

***Butlla.*** *Maties Vehio, fra menor, atorga una indulgència a Pere Carbonell i família en gratificació pel seu donatiu a l'ordre de Sant Francesc.*

*A Pergamí original (191 x 137 mm.): AMVM, pergamí núm. 695, registre núm. 49878.*

Ihesus. Dilectis sibi in Christo Petro Carbonell cum uxore et [omni] familia sua Deo et beato Francischo devotis frater Mathias Vehio omnium fratrum minorum Regulis observe [….] reverendissimique Patris nostri generalis totius ordinus comissorius. Salutem et pacem in Domino sempiternam. Quamvis ex charitatis debito cumtis in Christiana religem degentibus pietatis subsidia precibus suffragiis et exemplo eorum salutem. Procurando et optando impendere tenantur illus tamen longe amplius obligamur quorum dilectionem certis beneficiorum indiciis ac elemosinarum legatione et sprituali subsidio frequentius experimur. Pro inde donationis vestre quam ad ordinem nostri ut fertur geritis providens animo dignum putavi et divine acceptabile voluntati ut ab ipso ordini specialium gratiorum prerogativam feriatis. Et quod vestre charitati vicem in temporalibus rependere non valemus in spiritualibus […] quantum in Deo possimus recompensare debemus. Ea propter vos ad confraternitatem nostram et universa et singula nostri ordinis suffragicum vita pariter et in morte recipio cum spiritualium bonorum vestrum millarum ororum devotionum divinorum officiorum suffragiorum meditationum servitiorum ab[...]um penitentiarum laborum retenorumque bonorum operum que per fratri et sorores sancte dare ac tercii ordinis sub nostra obram militantes operari et acceptere digbitur divina clementia salvatoris specialem participationem quantum mihi conceditur et vestra beneficia pro merentus presentium […] gratio[...] ut multiplici suffragiorum adiuti presidio et hic gratie augmentum et in futuro eterne glorie premius [mereamini] possidere.

Datum in [...] apud Barchionone officii mei sub sigilio ac signo meo manuali anno Domini · 1532 · 2ª die mensis madii.

[*Segell de cera amb la imatge de Sant Francesc d’Assís*]

Frater Mathias que supra manu propria [*Signe*].

Frater Johannes Ramis.

**49915 NR 107**



**1532 agost 9. Argentona.**

***Testament.*** *Gaspar Boet, boter de la parròquia de Sant Julià d'Argentona, fill de Bartomeu, difunt, paraire de dita parròquia i de Constança, fa testament. Nomena marmessors a la seva mare Constança i a Joan Mallol, agricultor veí de dita parròquia d'Argentona, avi matern seu. Vol ser enterrat al cementiri de Sant Julià d'Argentona. Nomena hereu universal al seu germà Sebastià Boet.*

*A* *Pergamí original (484 x 353 mm.): AMVM, pergamí núm. 107, registre núm. 49915.*

[*v.*] Testament de Gaspar Boet boter fill de Barthomeu Boet de Argentona.

In Christi nomine qui sua solita inephabili pietate neminem vult pire ymeo omnes in se et eius sacratissima passione firmam habentes spero salvat custodie et ad per obtata parodosi gaudia fidelite per ducit id circo. Ego Gaspar Boet, boterius parrochie Sancti Juliani de Argentona

diocesi Barchinone, filius Bartholomei Boet quondam paratoris dicie parrochie et domine Constancie eius uxoris viventis. In firmitate detentus de qua me mori timeo morte corporali in meo tamen bono sensu plenaque memoria percistens meum condo, facio et ordino testamentum in quo meos pono et eligo manumissores huiusque mei ultimi testamenti executores verum dictam dominam Constanciam matrem et Joannem Mallol cultorem vicinatus de la Riera dicte parrochie de Argentona avunculum maternum. Meos quibusquidem manumissoribus meis in simul et altero eorum in solum in absentia seu defectum alterius dono et confero plenum et liberum posse post finem meum proexecutione huius me testamenti et mee ultime voluntatis petendi, exhigendi, recipiendi et habendi omnia et singula bona et iura mea mobilia et inmobilia habita ubique et habenda. Et ipsa bona et jura mea vendendi et elienandi cum encantu et sine encantu et cum curritori subastatione et sine illos persona […] personis et pro illis precio seu preciis ac precie quantitatibus quibus et pro ut ipsis meis manumissoribus seu altero eorum in absentia seu defecum alterius visum fuerit.

Et ipsa precia ac alias pecunie quantitates hereditati mee pertinentes asimili petendi, recipiendi et scribendi. Et inde apocam et apocas fines distintiones et quo voluerit titulo cessiones faciendi et firmandi et emptorem seu emptores in corporalem posessionem seu quasi rerum venditiorum ponendi, mittendi et inducendi iuraque et actiones meas cedendi et de evicione cavendi. Et pro ipsa evicione et alias cetera bona et jura mea obligandi compromitendique in quavis forma cum pena et sine pena arbitrio boni viri et eius recursui et omni appellationis remedio renunciandi et si voluerit aut alter eorum voluerit recurrendi sentenciasque arbitrales et eorum interpretationes laudandi et emologandi. Et inde instrumentum et instrumenta venditionem apocarum eorum missi et aliorum inde necessariorum cum cursibus clausis et cautelis evictionibus bonorum meorum obligacionibus renuntiationibus et aliis inde necessariis et opportunis et dictis meis manumissoribus beneficis semel et pluries faciendi et firmandi. Et quoscumque causas et littes ducendi et contestandi et vestra qui judicem fieri requirantur faciendi unum quoque et plures procurem et procrures sive actores cum decreto et sine constituendi quibus possuit illam quam voluerint atribuere potestatem. Et eum vel eos destituendi et revocandi quando et quotiens ipsi mei manumissores voluerint seu alter eorum voluerit et omnia alia et singula exercendi in predictis et circa eaque et pro ut ego facere possem si vinerem et presens essem et alias hoc meum ultimum testamentum exequendi et complendi pro ut his inferius scriptum inevenerit ac etiam ordinatum.

In primis igitur et aut etiam animam meam suo altissimi aleatori comendans volo et mando omnes iniurias meas legitimi et debiti mea si que opporuerint in sive meo deberis meis persolvi sumarie simpliciter et de plano sine strepitu et figura iudicii sola facti veritate attenta noticie dictorum meorum manumissorum. Eligo autem sepulturam corpori meo faciendam in ciminterio eclesie parrochialis Sancti Juliani de Argentona [...] sepulturam fieri volo onorofise noticie dictorum meorum manumissorum pro qua sepultura facienda usque novena tercii dierum et capisanii dimitto de bonis meis decem libras monete Barchinone. Item volo celebrari pro anime mea et omnium Christi fidelium defunctorum unum trentanarium iuxta dictam Sancti Amatoris in illa eclesia in que dicti manumissores mei voluerint et per illos [...] eis ben[...] pro quoquidem trentanario celebrando dimitto de bonis meis triginta tres solidos eiusdem monete Barchinone. Item dimitto et elergiri mando pro anima mea et omnium Christi fidelium defunctorum duas elemosinas in pane cogto elegiendas unam in die novenalis alteram in die

capitis anni meorum in ianua ecclesia predictis de Argentona pro quibus dimitto tot frumentum quod fuerit necessarium ad cognitionem dictorum meorum manumissorum. Item dimitto cuilibus bacino diebus dominico acop[...] in dicta eclesia tres denarios barchiononensis et aliis causis piis dicte eclesia iub[...]. Et si aliquid super fuerit completis omnibus supradictis id volo distribui in missis celebrandis pro anima mea et omnium Christi fidelium deffunctorum. Et si aliquid de fuerit volo de aliis bonis fieri complementum.

Item considerans quod de bonis temporalibus et solum remanent que Christi amore elorgiuntur et ita ut aqua extinguit ignem ita elemosina extinguint peciatum instituo et celebrari mando in dicta ecclesia et per Christos eiusdem ecclesie qui cuius sunt aut pro tempore fuerint unum perpetuum aniversarium anno quolibet celebraturum tali die quali obiero tali modo quod die celebrationis dicti aniversarii dicti presbiteri solbeant celebrare missam altam de requiem et post celebrationem dicte misse exeant supra tumulum meum cum ciure solis pace te aqua benedicta et ibi obsolutionem facere et alias orationes dicere pro ut definilibus anni necesariis iudicia eclessia est fieri assuetum. Pro quoquiem aniversario celebrando dimitto de bonis meis septem libras barcinonensis de quo quidem annii necesario anno quolibet sis celebrando fuit administratores dicti manumissores mei de vitta eorum et post eorum obitum operarii dicte ecclesie [de Argentona] qui illo tunc et semper fuerint taliter quod morte mea secura per dicti manumissores meos fuerientur de bonis meis in loco tuto ydoneo et securo septem libre Barchionone ad forum censulais mortui et de pensionibus venturis dictum aniversarium perpetuo annuatim celebretur.

Item dimitto domine Constancie matri mee de bonis meis quadraginta libras barchinonensis monete.

Item dimitto domine Francisce sorori mee uxor Bartholomei Vidal, alias Sabater, dicte parrochie, que primo fuit uxor Anthonii Croanyas, alias Sabater, quondam, dicte parrochie, triginta libras eiusdem monete Barchinone.

Item dimitto et lego Joanni Mallol de la Riera, cultori dicte parrochie, avunculo materno et manumissori meo, de bonis meis viginti quinque libras Barchinone.

Item dimitto domine Joanne, uxori dicti Joannis Mallol, avunculi mei, bono amore de bonis meis viginti quinque libras dicte monete barchinone.

In omnibus vero aliis bonis meis mobilibus et immobilibus iuribus et actionibus presentibus et futuris ubique fuit et michi pertineant qualiter cumque preterea de quibus superius sum testatus instituo et heredem meum universalem facio Sebastianum Boet fratrem meum ex utroque latere si tempore mortis mee vixerit et heres meus esse voluerit et si dictus Sebastianus Boet frater meus tunc non vixerit vel vixerit et heres meus non erit velerit et decesserit quandocumque sine prole legitima et naturali vel cum prole legitima et naturali que non pervenerit ad etatem testandi hiis casibus et quolibet ipsorum substituo sibi et michi heredem meum universalem facio et instituo illum quem dictus Barholomeus Boet quondam pater meus cum suo ultimo testamento post me heredem instituit remittendo hoc meum testamentum testamento per dictum quondam pater meum firmato a prima institutione usque ad ultimam.

Et hec est mea ultima voluntas quam laudo et firmo quamque valere volo jure testamenti que si non valet aut valere non potest valeret vel valerit jure testamenti saltem volo quod valeat iure codicillorum vel alio quocumque jure cu[...] mee ultime voluntatis quo melius de jure valere poterit et tenere.

Actum est hoc intus parrochiam Sancti Juliani de Argentona usque intus domum Joannis Mallol de la Riera die veneris nona mensis augusti anno a nativitate Domini millessimo quingentesimo tricesimo secundo.

Sig+num Gasparis Boet testatoris predicti qui hoc meum testamentum laudo et firmo.

Testes vocati et rogati huius testamenti sunt Petrus Mora alias [Torunya] cultor vicinatus de la Torra dicte parrochie de Argentona et Stephanus Puiol cultor parrochie Sancti Genesii de Vilassario.

Persolvit.

Signum Petri Bou regia auctoritate notarii publici per totum Cathalonie principatum et comitatus Rosilionis et Ceritanie regentis escribaiam publicam ville et termini de Materone pro magnifico domino Joanne Angelo Farrer des Puig cive Barchinone domino utili ipsius scribanie qui hoc testamentum inter scripturas discreti Joannis [Portell] connotari sui in eadem scribania existentes reconditis [... sub dicto ...] juxta eiusdem a prisiam et mesum dicte scribanie notavit et in hanc publicam redigent formam scribe fecit et requisitus clausit die prima decembris anno a nativitate Domini millesimo quingentesimo tricesimo septimo constat anno […] in lineas[...] supra ponitus “de Argentona”. Et in lineis quarta […] intentum subdicto calendarium firmato.

**30716**



**1535 març 4. Barcelona.**

***Renovació d'establiment.*** *Joan Porta, rector de Santa Maria de Caldes d'Estrac, renova els establiments de tres peces de terra (a les Parets i Femades) que té el menor d'edat Salvador Vehil del veïnat del Sant Crist de Cabrils.*

*A Pergamí original (270 x 270 mm.): AMVM, registre núm. 30716.*

[*v.*] Precari de Salvador Vehil pubill. Fan per la capbrevació den Vehil de Sant Crist [...]

Noverint universi quod ego Joanes Porta, presbiter, obtinens ecclesiam parrochialem beate Marie loci Calidarum de Staracs, diocesis Barchinone. De certa /[2] sciencia et gratis per me et meos in dicta ecclesiam parrochiali succesores laudo, approbo, ratifico e confirmo sive de novo stabilio vobis Salvatori Vahil, /[3] calsetero, ville de Matarone et Petro Morera, agricultori, parrochie Santi Andree de Lavaneres tutoribus et suis casu et tempore curatores persone et bonorum /[4] Salvatoris Vahil, impuberis, filii et heredis Anthonii Vahil, quondam, agricultoris vicinatus de Sanct Crist, parrochie Sancti Genesii de Vilassario pre-/[5]sentibus et pro eodem Salvatore Vahil, impubere, recipientibus et acceptantibus ach heredibus et successoribus eiusdem impuberis et quibus voluerit perpetuo /[6] consimulibus tamen ipsuis et suorum.

Primo: totam illam peciam terre campam cum intoitibus, exitibus, iuribus et pertinentiis suis universalis quam dictus Salvator /[7] Vahil impubes habet et possidet sicuti predecessores sui alongis citra temporibus habuerunt et possederunt in predicta parrochia Santi Genesii de /[8] Vilassario in loco vocato “Les Parets”. Et terminatur ab oriente in honore heredum Bernardi Raffart, a meridie in tenedone heredum Iacobi Roudorum, ab occiden-/[9]te in honore Antonii Vahil, alias Mas, et a circio in honore heredum Petri Ledó dicte parrochie Sancti Genesii de Vilassario.

Item laudo, approbo, ratifico et /[10] confirmo, sive de novo stabilio, vobis dictorum tutoribus et curatoribus recipientibus et accepiantibus pro eodem Salvatore Vahil, impubere, ac heredibus et succes-/[11]oribus eiusdem impuberis et quibus voluerit perpetuo consimilibus tamen ipsius et suorum totam illam peciam terre campam cum introitibus, exitibus, iuri-/[12]bus et pertinentiis suis universis quam dictis Salvator Vahil, impubes, habet et posidet sicuti predicti predecessores sui alongis citra temporibus habuerunt /[13] et possiderunt in predicta parrochia Sancti Genesii de Vilassario in loco vocato [...] alias Femades. Et terminatur ab oriente in honore heredum Guillermi /[14] Guerau, a meridie in honore d'en Çabater, ab occidente in honore Bartholomei Amat, et a circio in honore Joanis Vives dicte parrochie.

Item laudo, apro-/[15]vo, ratifico et confirmo sive de novo stabilio vobis dictis tutoribus et curatoribus recipientibus et acceptantibus pro predicto Salvatore Vehil, impubere, ac /[16] heredibus et successoribus suis et quibus ipsem voluerit perpetuo consimilibus tamen sui et nostrorum totam illam peciam terre campam continentis seu seminatu-/[17]re duarum quarterias pararum plus vel minus cum introitibus, exitibus, iuribus et pertinentiis suis universis quam predictus impubes habet et possidet sicuti /[18] dicti predecessores sui alongis citam temporibus habuerunt et possiderunt in dicta parrochia in loco vocato “Les Femades”. Et terminatur ab

oriente /[19] in honore dicti Bartholomei Amat, a meridie in honore Jacovi Avella, ab occidente in honore heredium Francisci Guerau, et a circio in honore Petri /[20] Saura dicti vicinatus de Sanct Crist.

Et predictas pecias terre tenetis seu dictus Bartholomeus Vahil, impubes, tenet sicuti dicti predecessores sui re-/[21]muerunt per dictam ecclesiam parrochialem beate Marie Calidarum de Staracum et sub dominio et alodio eiusdem ad prestacionem decime et primicie ex et /[22] de omnibus furutibus ex dicta pecia terre provenientibus has itaque laudationem, approbationem, ratificacionem et confirmatio-/[23]nem sive de novo stabilicionem facio ego dictus Joannes Porta vovis dictis tutoribus et curatoribus de predictis sicut melius dicti potest et intelligi ad salvamentum et bonum eciam in-/[24]tellectum dicti Salvatoris Vehil et suorum in hiis successorum sub tali tamen pacto, forma et condicione que dictus Salvator Vahil seu vos eius nomine predicta /[25] melioretis et in aliquo non deterioretis.

Quodque ex omnibus fructibus proveneientibus ex predictis peciis terre detis, faciatis et prestetis dicte ecclesie parrochiali bea-/[26]te Marie Calidarum de Staracis seu eius rectori ipsius nomine, decimam et primiciam fideliter atque bene in hiis antem non faciatis neque proclametis vos dicto no-/[27]mine neque eciam dictus impubes et sui in hiis successores alium dominum seu dominos nisi tantum predictam ecclessiam parrochialem beate Marie Calidarum de /[28] Staracis et seu eius rectori ipsuis nomine. Liceat tamen vobis seu dicto Salvatori Vehil, impuberi, et suis iustiis successoribus post dies triginta exquo in /[29] ecclesiam predictam seu eius rectorem ipsuis nomine faticati fuerint predicta omnia et singula que vobis dicto nomine laudo, approbo, ratifico et confirmo /[30] sive de novo stabilio, vendere, permutare, stabilire aut aliter alienare consimilibus tamen sui et suorum salviis tamen semper in et super predictis sive do-/[31]minio, firma et fatica triginta dierum predicte ecclesiam parrochialis beate Marie Calidarum de Staracis seu euis rectoris ipsius nomine. Et salvo inde laudi-/[32]mio sive reciotercio inde pro predictis dicte ecclesiam parrochiali competenti.

Pro huiusmodi vero laudacione, approbacione, ratificacione et confirmacio-/[33]ne dedistis et solvistis michi, dicto nomine, novem solidos monete Barcinone.

Ideo renunciando excepcioni pecunie non numerate, non habite et non recepte, /[34] dolique mali et accioni in factum ac omni alii iuri, racioni et consuetudini contra hec repugnantibus volo et consencio vobis quod presens instrumentum sit et cedat /[35] dicto Salvatori Vehil, impuberi, et suis in hiis successoribus in locum carte precarie et antiquii tituli predictorum quoniam pro ut vos asservisstis et in animam /[36] vestram iurastis ad sancta Dei quatuor evangelia manibus vestris corporaliter tacta vos non habitis neque eciam dictus impubes habet instrumenta nova vel vetera /[37] faciencia pro predictis [...] ubi sunt et quod in perquirendo eadem debitam atque solertam diligenciam ad habuistis neque aliquid dolo malo fecistis quomi-/[38]nis ea haberetis. Protestor tamen ego dictus Joanes Porta, rector predictus, quod si in futurum aliqua aparuerint instrumenta per que aut aliis appareat dictum Salva-/[39]torem Vahil impubere debere facere aut prestare predicti ecclesie parrochiali aut eius rectori ipsius nomine maiorem censum aut alia iura quodque sic dictum /[40] eum ea ve facere et prestare teneatur presenti instrumento in aliquo non obstante. Novissime volo quod de predictis fiant duo publica consimilia instrumenta quorum /[41] alterum vobis alterum vero michi tradantur per notarium infrascriptis.

Actum est hoc Barchinone die quarta mensis marcii anno a nativitate Domini millessimo quin-/[42]gentesimo trigesimo quinto.

Sig+num Joanis Porta, rectoris predicti, qui hoc laudo et firmo SSS./[43]

Testes huius rei sunt Petrus Paratge, Hieronimus, vicarius, scriptores Barchinone SSS./[44]

Sig+num Francisci Sunyer, regia auctoritate notarium publici Barchinone, qui hec scribi fecit et clausit SSS.

**49883 NR 123**



**1535 agost 7. Barcelona.**

***Renovació d'establiment.*** *Jaumeta, muller de Joan Prats*, àlies Lledó, de la parròquia de Sant Genís de Vilassar i senyora del mas Flor i Lledó, renova l'establiment emfitèutic d'una peça de terra anomenada "Quintana del Sant Crist" als tutors de Salvador Vehil. El cens anual és de 4 diners.*

*A* *Pergamí original (323 x 257 mm.): AMVM, pergamí núm. 123, registre núm. 49883.*

Noverint universi quod ego Jacmeta uxor Joannis Prats, alias Ledo, parrochie Sancti Genesii de Vilassario, domina mansorum Flor et Ledo dicte parrochie. Gratis et excerta scientia de consensu dicti viri mei, presentis et inferius consencientes, per me et meos heredes et

succesores quoscumque laudo, approbo, ratifico et confirmo sive de novo estabilio vobis Salvatori Vehil calseterio ville de Matarone et Petro Morera agricultori parrochie Sancti Andree de Lavaneres tutoribus et suis casu et tempore curatoribus persone et bonorum Salvatoris Vehil inpuberis filii et heredis Anthoni Vahil, quondam, agricultoris vicinatus de Sant Crist parrochie predicte Sancti Genesii de Vilassario, presentibus, et pro eodem Salvatore Vehil impubere recipientibus et acieptantibus ac heredibus et successoribus eiusdem impuberis et quibus ipse voluerit perpetuo consimilibus tamen sui et suorum totam illam peciam terre campam in qua antiquitus erant constructe domus continentie seu seminature duarum quarterarium pararum plus vel minus cum introhitibus, exitibus, juribus et pertinentiis suis universis quam predictus Salvator Vehil impubes habet et possidet [...] predecessores sui alongis citra temporibus habuerunt et possederunt in predicta parrochia Sancti Genessi de Vilassario in loco vocato "Quintana de Sant Crist". Et terminatur ab oriente in honore Mathei Vidal alias Carbonell, a meridie partim in honore Anthonii Vidal de Cambrils et partim in honore dicti Vidal alias Carbonell, ab occidente in honore dicti Anthonii Vehil et a circio partim in honore dicti Vehil et partim in honore Johannis Vives dicte parrochie.

Et predictam peciam terre dictus Salvator Vehil inpubes tenet, seu vos dicti tutores et curatores sui eius nomine, tenetur per me ut dominam dictorum mansorum Flor et Ledo dicte parrochie ad censum quatuor denariorum annuis singulis solvendorum in festo natalis Dominus. Que predicta teneo per ecclesiam parrochialem […] Beate Marie loci Calidarum de Staracum, diocesi Barchinonencii, et sub dominio et alodio eiusdem ad censum unius solidi anui singulis solvendi in dicto festo natalis Domini. Quemquidem censum dictus Salvatori Vehil impubes et sui in hiis successores dare et solvere tenentur dicte ecclesie parrochiali seu eius rectori ipsius nomine has itaque laudationem, approbationem, ratificationem et confirmationem sive de novo stabilicionem facio ego dictus Jacmeta vobis dictus tutoribus et curatoribus de predictis sunt melius dici potest et intelligi ad salvamentum et bonum etiam intellectum dicti Salvatoris Vehil impuberis et suorum in hiis successorum sub tali tamen pacto, forma et conditione que dictus Salvator Vehil seu vos eius nomine predicta melioratis et in aliquo non deterioretis et que per eadem pecia terre et omnibus melioramentis que in ea vos dictus nominibus feceritis seu dictus Salvator Vehil impubes fecerit detis, faciatis et prestetis censum annui supradictum termino ac modo et forma precontentus in hiis autem non faciatis neque proclametis vos dicto nomine neque etiam dictus Salvator Vehil et sui in hiis succesores alium domini seu dominos nisi tantum me dicta Jacmetam uxorem dicti Joannis Prats, alias Ledo, ut dominam dictorum mansorum Flor et Ledo et successores meos in dictis mansis quo ad nudam perceptionem dicti census et predictam ecclesiam parrochialem Beate Marie Calidarum de Staracum seu eius rectorem ipsius nomine cuiusquidem ecclesie est alodiale dominum dicte pecie terre.

Liceat tamen vobis et vestris post dies triginta ex quo in me et meos et post alios dies triginta ex quo indictam ecclesiam parrochialem seu eius rectorem ipsius nomine faticati fueritis predicta que vobis laudo, aprovo, ratifico et confirmo vendere permutare aut aliter alienare consimilibus tamen vestri et vestrorum. Salvis tamen semper in et super predictus que vobis laudo, approbo, ratifico et confirmo dicto censu quatuor denariorum in nuda perceptione michi et meis anui singulis solvendorum in dicto festo natalis Domini et empara pro ipso censu habendo ac fatica ad opus retinendi et salvis etiam semper in et super predictorum omnibus et singulis dicto censu unius solidi ac iure dominio, firma et fathica triginta dierum dicte ecclesie parrochialis Beate Marie Calidarum de Staracum quem censum unius solidi dictus Salvator Vehil

inpubes et sui in hiis successores solvere teneantur dicte ecclesie parrochiali seu eius rectori ipsuis nomine anuis singulis perpetuo in dicto festo nativitatis Domini sine damno et missionibus mei et meorum in hiis successorum. Et salvo in quod laudimio sive recto tercio inde pro predictorum dicte ecclesie parrochiali seu eius rectori ipsius nomine solvere competenti.

Pro firma vero laudacione, approbatione, ratificatione et confirmatione dedistis et solvistis michi dicto nomine novem solidos monete Barcinone ideo renunciando excepcioni pecunie non numerate, non habite et non recepte, dolique mali et actioni in factum ac omni alii juri, rationi et consuetudini contra hec repugnantibus volo et consencio vobis quod presentis instrumentum sit et cedat dicto Salvatori Vehil impuberi et suis in hiis successoribus in locum carte precarie et antiqui tituli predictorum quoniam pro ut vos ascenistis et in animam vestram jurastis ad sancta Dei quatuor evangelia manibus vestris corporaliter tacta vos non habetis neque etiam dictus impubes habet instrumenta nova vel vetera faciencia pro predictus necesitis ubi sunt. Et quod in perquiriendo eadem debitam atque solertem diligenciam ad hibuistis neque aliquid dolo malo fecistis quominus ea haberetis protestor tamen ego dicta Jacmeta que si in futurum aliqua apparerunt instrumenta per que aut alias apareat dictum Salvatorem Vehil impuberem debere facere aut prestare nichi maiorem censum aut alia iura qua sit dictum enim ea ve facere et prestare teneatur presenti instrumento in aliquo non obstante novissime volo que de predictus fiant duo publica consimilia instrumenta quorum alterus vobis alterum vero michi tradantur per notarius infrascriptis. Ad hec ego dictus Joannes Prats, alia Ledo, maritus dicte Jacmete predictis omnibus per ipsam in peciam mea factus consencio eisdemque assensum meum pariter et consensum presto.

Actum est hoc Barchinone die septima mensis augusti anno a nativitate Domini milesimo quingentesimo trigesimo quinto.

Sig+num Jacmete laudatis et confirmatis. Sig+num Joannis Prats alias Ledo consencientorum predictorum qui hec laudamus et firmamus.

Testes huius rei sunt Hierominus Vir et Joannes Vilana scriptores Barcinone.

Ego Joannes [Polt] rector Beate Marie Calidarum de Sterach predicti firmo domini raciones iuribus dicte eclesie perroquialis in ominibus et per omnia semprer salvis.

Sig+num Francisci Sunyer regia auctoritate notarii publici Barchinone qui hec scribi fecit et clausit cum rasis in lineis · XV · “loci” · XVIII · “Jacmeta”.

**** NOTA**: Joan Prats, àlies Lledó, apareix com a marmessor al testament de Caterina Prats, muller de Pere Sagrera, àlies Prats, datat el juliol de 1551. Pergamí conservat en la documentació de Can Prat de Dalt d’Òrrius.*

**49900 NR 135**



**1542 desembre 8. Vilassar.**

***Testament.*** *Margarida Carbonell, muller de Mateu Vidal, àlies Carbonell, filla hereva de Miquel Carbonell i d'Elisabet, ambdós difunts, de Vilassar, veïns de Sant Cristòfol, fa testament. Nomena marmessors al seu marit Mateu Vidal, al seu nebot Francesc Cassals, de Sant Feliu d'Alella, i a Bartomeu Amat, de la mateixa parròquia. Institueix hereva universal a la seva neboda Joana Carbonell, filla del seu germà Sebastià Carbonell, hereu de Sebastià Boet, àlies Carbonell.*

*A Pergamí original (335 x 405 mm.): AMVM, pergamí núm. 135, registre núm. 49900.*

In Dei nomine amen. Quam nullus in carne positus mortem corporalem evadere potest. Ideo ego Margarita Carbonela uxore Mateii Vidal, alias Carbonell, et filia et heres Miquelis Carbonel et domine Elisabet uxore eius, deffunctorum, parrochie Sancti Genesii de Vilasario vicinatus Sancti Cristofori, diocesi Barchinone. Infirmitate detenta de qua mori timeo in meo tamen bono sensu et integra memoria et firma loquella meum facio, condo et ordino testamentum in quo meos pono et eligo manumisores huius testamenti executores videlicet: dictum Mateum Carbonel, virum meum, presentem, et Franciscum Cassalls, nepote meum Sancti Felicis de Alella et Bartholomeum Amat, dicte parrochia et vicinatus, quos ut corius possum deprecor quos si me mori contingerit antequam aliud faciam seu ordinem testamerntum ipsi omnes aut his aut unus nichilominus compleat seu compleant hoc meum testamentum seu hanc meam voluntatem. Et cuiuslibet eorum onore manumissorie dimitto tres solidos.

In primis et ante diem volo quod omnia debita que debeo solvantur et injurie restituantur pro ut ipsa debita et injurie porbari poterint vel ostendi per testes, instrumenta aut alia legitima documenta. Sepulturam corpore meo eligo in simiterio ecclesie Sancti Genesii de Vilasario quam volo in omnibus fieri honorifice. Accipio autem de bonis meis pro anima mea et meorum parentum et omnium defuntorum decem libras Barchinone de quibus solventur dicta sepultura, novenarium et caput anni et unum trigenarium missarum Sancti Amatoris quod selebretur in dicta ecclesia, per rectorem aut eius vicarium. Et elemozine generales panis que

dentur ante fores eclesie una videlicet illorum in novenario, alia in capite anni et dentur omnibus ibi venientibus. Item lego basinis fabrice ecclesie et animarum purgatorii [...] denarios sex, omnibus aliis basinis denarios tres. Item volo quod fiat of fertorium generale ab omnibus venientibus in dicta eclesia die novenari pro ut dictum offertorium cum candelas et denaris fieri [...]. Item confraria Corporis Christi dicte eclesie solidos quatuor. Item lego capelle Sancti Cristofori solidum unum pro luminarie. Totum supra dictum volo quod solvetur de dictis decem libris et si non […] volo quod dicti mei manumisores faciam […] de aliis bonis meis prout necesa fuerit.

Item ad laudem omnipotentis Dei et eius gloriosisime Matriis et omnibus sanctis eclesis curie et pro remedis et solue anima mea et meorum […] et omnium fidelium deffunctorum in dicta eclesia instituo, fundo et ordino unum perpetuale aniversarium michi celebrandum tali die quali obiero et […] tres presbiteri et cantent missam cum nota et ep[...] super tumulum meum cum [...] et aqua benedicta et faciant unam absolutionem generalem […] Post obitum meum dicti mei manumissores cupient et habeant de bonis hereditari mee mansi Carbonel octo libras Barchinone et res fu[...] in loco [...] et securo ad forum vigini mille pro mille ad opus dicti aniversari. Et de pensionibus eorumdem nunc pro tunc assigno rectori dicte eclesie et aliis presbiteros sex solidos. Ita quod dictus rector habeat pro caritate solidos tres et alii quilibet decem et octo denarios reliquis [meum hiis solidos] dimitto administratoribus infra scriptis volens quod perpetualiter sint adminstratores dicte institutionis operari dicta eclesia[…] luatur dictum censuale volo quod luatur in manu et posse dictorum administratores et verum […] operari fuerint negligentes volo que rector dicte ecclesie qui nunc est, et pro tempore fuerit, possit ipsos feriare cum […] ad eius vobis libertum tanquam pro debito.

Item de aliis bonis meis dimitto dicto Meteo Carbonel viro meo ratione boni amoris et […] decem libras Barchinone postrenum dimitto dictum virum meum dominum potentem et usufructuarium omnium bonorum meorum hereditaris mee toto tempore vite sua naturali et quod teneat cameram cum omnibus aliis bonis que sunt in dicta camera et lectum et quod heres meus infrascriptus non posit [... alienare] aliquid de dicta hereditate sine consensu dicti viri mei et habeat primatum locum.

Item lego sive [… sive neboda] filie “den Fornells” pro bonis servicis mihi factis tempore matrimoni sui lego sibi sequentia primo [...] quinque libras Barchinone. Item […] sive coffre pictum “de blau he vermell” cum duobus fontis cum ramis in medio. Item unum mantel de [… Item ...] “sens moneges gornit de sati”. Item unam gonellam vermella et unam gonellam de vernois. Item tres […] bons […] blava. Item unam gonellam grisam novam. Item “dos bufalls blanchs” et unum “busal de […] negra”. Item un “coffre vermell” pro tenendo dictum ranpam sibi dimissam.

Omnia vero alia bona mea mobilia et inmobilia […] presentia quam futura […] de quibus supra testata sunt dimitto Johanne Carbonelle nepote mee, sive naboda, filie relicte Sebastiani Carbonell, fatris mei, quondam, uxorem Sebastiani Boet, alias Carbonell. Et dictam Johanna mihi heredem universalem instituo verum si dicta Johana deceserit sine prole legitima vel cum tali quoarum aliquis non provererit ad etatem condendi testamentum in tali casu substituo sibi et mihi heredem universalem instituo propinquierum meum per rectam lineam ex parte decendentium ex domo dicto Carbonell.

Hec est ergo ultima voluntas mea seu ultimum testamentum quam seu quod volo valere in re testamenti aut alio quovis modo iure quo valere poterit.

Actum est hoc in dicta parrochia die octava mensis desembris anno a nativitate Domini millessimo quingentesimo quadragessimo secundo.

Sig+num mei dicte Margarite Carbonell textatricis predicta que hec laudo, iuro et firmo.

Testes huius testamenti sunt rogati et vocati Miquell Duran de Vilasario et Damianus Molner Sancte Columbe de Farnes.

Sig+num mei Apollonii Anglada presbiterii et vicarii eclesie Sancti Genesii de Vilasario auctoritate apostolica notari publici regentis scribaniam dicte parrochialis eclesie pro reverendo domino Clemente May rectore qui in hiis omnibus una cum dictus testibus interfui eiusque aliena manu scripto corexi et emendati et clausi et signo quo utor fundandis scripturis signamus.

**49902 NR 118**



**1554 octubre 23. Cabrera de Mar.**

***Rebut.*** *Bernat Prats, àlies Ramon, paraire de la parròquia de Sant Iscle i Victòria de Dosrius, fill de Bernat Prat, reconeix haver rebut de Sebastià Boet, àlies Carbonell, agricultor usufructuari del mas Carbonell i veí de Sant Cristòfol, de Vilassar, i de la seva muller Joana, 16 lliures 3 sous 6 diners en concepte de pagament de la cancel·lació d'un censal mort.*

*A* *Pergamí original (276 x 407 mm.): AMVM, pergamí núm. 118, registre núm. 49902.*

Sit omnibus notum quod ego Bernardus Prats, alias Ramon, parator pannorum lane, parrochie Sanctorum Aciscli et Victorie de Duobus Rivis, diocesis Barchinone, filius et herede Bernardi Prats, quondam, paratoris pannorum lane, dicte parrochie de Duobus Rivis. Pro ut de dicta universalem herencia plene poseo de ultimo eius testamento, per ipsum patrem meum facto et firmato in scribania recctorie dicte parrochie de Duobus Rivis vigesima sexta mensis februarii anno a nativitate Domini millesimo quingentesimo vigesimo, dicto nomine. Confiteo et recognosco vobis Sebastiano Bohet, alias Carbonell, cultori usufructuario mansi Carbonell vicinatus de Sant Christofol, parrochie Sancti Genesii de Vilassario, diocesi Barchinone, et Joanne uxori vestre ut proprietarie, quod dedistis, solvistis et restituistis michi, dicto nomine, voluntati mee et confiteor mee a vobis habuisse et recepisse numerando realiter et de facto in notario et testium infrascriptorum presentia omnes illas sexdecim libras et tres solidos et sex denarios, monete Barchinone, michi debitas et pertinentes ac que cedunt michi pro restitutione, solutione, luytione et quittamento precii seu proprietarum illius censualis mortui consimilis precii sive proprietarum dictorum sexdecim librarum trium solidorum et sex denariorum dicte monette venditi sive manulenati per Gabrielem Carbonell et Bartholomeum Carbonell eius filium, dicti vicinatus de Sanct Christofol, dicte parrochie de Vilassario, Bernardo Cisa, agricole parrochie Sancti Petri de Premiano, eiusdem diocesi Barchinone. Pro ut de ipsa venditione sive creatione plene constat instrumento acto clauso sive sub signato per discretum Guillermum Sanselmum, presbiterum et vicarium parrochialis ecclesie Sancti Genesii de Vilassario, regentemque scribaniam publicam rectorie dicte parrochie, die vigesima septima mensis julii anno a nativitate Domini millesimo quadringentesimo trigesimo octavo.

Quodquidem censuale pertinebat et expectabat dicto Bernardo Prats, quondam, patri meo, titulo venditionis inde sibi facte per Stephanum Ferrer, maiorem dierum, cultorem dicte parrochie de Duobus Rivis, filium et heredem Anthonii Ferrer, quondam, dicte parrochie de Duobus Rivis, ac ut succedentem Bernardo Ferrer eius abunculo pro ut de ipsa venditione plene constat instrumento recepto, clauso sive subsignato per discretum Appallonium Anglada, presbiterum et vicarium dictge parrochie de Duobus Rivis, auctoritate apostolica notarii publicum ac regentem scribaniam publicam rectorie dicte parrochie die decima quinta mensis julii anno a nativitate Domini millesimo quingentesimo decimo sexto. Et dicto Stephano Ferrer pertinebat et expectabat ratione divisionis dicti censualis mortui et aliorum censualium mortuorum dictis quondam Anthonio Ferrer patri suo et Bernardo Ferrer avunculo suo facte et firmate per dominam Angelinam Morota que fuit uxor Salvatoris Morot, quondam, parrochie de Cappraria, nomine quo in dicta divisione continetur ad quam refferendum est de qua quidem divisione constat instrumento recepto acto clauso sive subsignato per discretum Petrum Mas, autoritate regia notarii publicum Barchinone vice et nomine discreti Galcerandi Balaguer eadem autoritate notari publici Barchinone die decima mensis augusti anno a nativitate Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo primo.

Et ideo renuncio exceptioni pecunie predicte non numerate, non habite, non recepte et non solute et doli mali actionique in factum et omni alii juri rationi et consuetudini hiis obviantibus. Facio vobis redum de predictis sexdecim libris tribus solidis et sex denariis presentem apocham de soluto verum etiam de toto dicgto censuali precio videlicet: de omnibus pensionibus et demandis quas contra vos et bona vestra et vestrorum ego et mei facere

intemptare proponere seu monere possemus ratione et occasione predicti censualis precii videlicet et pensionum et aliiorum accessoriorum eiusdem absolutionem, deffinitionem et remissionem de ulterius non petendo et de non agendo in manu et posse notarii infrascripti solempni stipulatione.

Convenio et promitto vobis graciose vel occasione premissorum non conveniam seu conveniri faciam vos seu vestros in judicio, seu extra judicium, nec per inde jurem pactabo proponam seu monebo contra vos seu vestros aut alios in dicto censuali quoquomodi libet obligatos aut bona vestra seu eorum actionem aliquam questionem, petitionem seu demandam littem vel controversiam de jure vel de facto aut alias quovismodo quinimo absolvens vos et vestros a predictis omnibus et singulis imponens michi et meis scilentium sempiternum omnem viam agere et contrarium faciendi michi et meis abdicando et penittus precludendo.

Preterea cum presenti cancello, irrito et anullo et pro cancelatus irritis et nullis penittus haberi volo instrumentum dicti censualis quod in sui publica forma redactum et alia etiam instrumento producto censuali faciencia que inposse meo erant vobis restituonum presenti et scripturam tercii eiusdem et notas ac originalia eiusdem pro eo facientia et facientes taliter quod a modo michi nec meis valere seu prodesse nec vobis nec vestris nec aliis obligatus seu bona in et pro dicto censuali obligata tenentibus seu possidentibus nocere seu obesse modo aliquo non possint.

In super convenio et promitto vobis et etiam sponte juro in animam meam per dominum Deum et eius sancta quatuor evangelia, manibus meis corporaliter tacta, quod presens apoce et diffinicionis insturmentum et omnia et singula supradicta semper ratum, gratum et firmum ac rata, grata, et firma habebo, tenebo et observabo et in aliquo non contra faciam vel veniam aliquo jure cuasa vel etiam ratione. Hec igittur que dicta sunt supra facio paciscor convenio et promitto ego dictus Bernardus Prats, alias Ramon, vobis dictis conjugibus Carbonells nec non et nostri etiam infrascripto tanquam publica persone pro vobis et vestris et pro aliis etiam personis omnibus et singulis quarum interest et intererit recipienti et pacissenti ac etiam legitime stipulanti.

Actum est hoc intus parrochiam Sancti Felicis de Cappraria, diocesi Barchinone, die vigesima tertia mensis octobris anno a nativitate Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo quarto.

Sig+num Bernardi Prats, alias Ramon, confittens predicti qui hec laudo et firmo.

Testes hius rei sunt Bartholomeus Arnau cultor dicte parrochie de Cappraria et Bernardus Sabater textor pannorum lini dicte parrochie de Duobus Rivis.

Sig+num Jacobi Lentiscla presbiteri et vicarii parrochialis ecclesie Sancti Felicis de Cappraria, diocesi Barchinone, autoritate apostolica notarii publici ac regentis scribania publicam rectorie dicte parrochie de Cappraria per venerabile et discreto Johanne Carrocha presbitgero et rectore eiusdem qui hec scripsi et clausi.

**49897 NR 104**



**1558 octubre 5. Cabrera.**

***Creació de dos censals morts.*** *Miquel Company de Vall i el seu fill Miquel Joan, de la parròquia de Sant Sadurní de la Roca, venen a Sebastià Boet, àlies Carbonell, veí del Sant Crist, parròquia de Sant Genís de Vilassar, dos censals morts de pensió anual 23 sous 7 diners i de preu 20 lliures cada un.*

***Rebut.*** *Miquel Company de Vall i el seu fill Miquel Joan, de la parròquia de Sant Sadurní de la Roca, reconeixen haver rebut de Sebastià Boet, àlies Carbonell, del veïnat del Sant Crist parròquia de Sant Genís de Vilassar, 40 lliures corresponents a la venda de dos censals morts.*

*A Pergamí original (349 x 630 mm.): AMVM, pergamí núm. 104, registre núm. 49897.*

**Document a:**

In Dei nomine. Noverint universo quod nos Michael Company de Vall, parrochie Sancti Saturnini de Ruppe, diocesi Barchinone, et Michael Joannes Company, eius filius, gratis et excerta sciencia per nos et omnes heredes et sucessores nostros quoscumque vendimus et titulo vendicionis concedimus et corporaliter seu quasi tradimus vobis Sebastiano Boet, alias Carbonell, cultori vicinatus de Sant Crist parrochie Sancti Genesii de Vilassario, dicti diocesi Barchinone, et vestris et quibus volueritis perpetuo censualia mortua infrascripta.

Videlicet: totum illud censuale mortuum iam creatum pencionis annue viginti trium solidorum et septem denariorum et precii sive proprietatis viginti librarum Barchinone ac

penciones a cetero debendas eiusdem et precium iam dicti censualis in casu luycionis quod Joannes Fabregues, quondam, parator ville de Materone et seu eius heredes seu succesores nobis faciunt et prestant facereque et prestare tenent annis singulis die in quoquidem censuali Antonius Oliver, Joannes Fornells, Gabriel Portell et Gabriel Arnau dicte ville de Materone fideiussorio nomine intervenerunt obligati.

Item etiam totum illud aliud censuale mortuum iam creatum pencionis annue viginti trium solidorum et septem denariorum et precii sive proprietati viginti librarum dicte monete precium scilicet et penciones a cetero debendas eiusdem quod Petrus Vilar marinerius ville de Materone, Joannes Vilar eius filius causidicus civis Barchinone et Eulalia eius uxor principales, Gabriel Arnau et Jacobus Oliver ferrarius ville de Materone fideiussores et seu eorum heredes et successores nobis faceriunt et prestant ac facere et prestare tenenter annis singulis undecima die mensis decembris et est faciendum quod de quolibet dictorum duorum censualium mortuorum fuit factum et firmatum debitoribus censualis eis et eorum heredibus respective instrumentum gratie redimendi quod vos et vestris in his successores sequi habeatis et tenamini inconcisse.

Et spectant predicta duo censualia mortua que vobis et vestris vendimus et cedimus nobis videlicet: michi dicto Michaeli Company ut heredi universali Raphaelis Company, quondam, patris mei, dicte parrochie de Ruppe, pro ut de dicta mea herentia constat ultimo testamento per dictum Raphaelem Company patrem meum acto et ordinato in dicta parrochia de Ruppe die vigesimo primo mensis madii anno a nativitate Domini millesimo quingentesimo vigesimo secundo clauso que sive subsignato per venerabilem Guillermum Moles presbiterum et vicarium dicte parrochie de Ruppe. Et dicto Raphaeli Company, patri meo, pertinebant ut heredi universali domine Eulalie, uxoris relicte Francisci Oliver, quondam, ferrarii dicte ville de Materone pro ut de sua universali herencia constat testamento per dictam dominam Eulaliam Olivera acto in dicta parrochia de Ruppe die tercio decimo mensis julii anno a nativitate Domini millesimo quingentesimo octavo, clausoque, sive subsignato, per venerabili Bartholomeum Nesples presbiterum vicarium et notarium publicum dicte parrochie pro venerebili domino Michaele Prats rectore et notario dicte parrochie. Et ad dictam Eulaliam Olivera perminebant et expectabant dicto censuale supra primo loco designatum titulo sue proprie emptionis per ipsam facte a dicto Joanne Fabragues, quondam paratore dicte ville de Materone, pro ut constat instrumento recepto penes discretum Stephanum Soley notarii publicum Barchinone die decima octava mensis januarii anno a nativitate Domini millesimo quingentesimo secundo. Et dictum censuale secundo loco venditum pertinebat et expectabat dicte domine Eulalie Olivera titulo sue proprie emptionis per ipsam facte a dictis Petro Vilar, marinerio dicte ville de Materone, et Joanne Vilar, causidico, atque Eulalia eius uxore pro ut de dicta sua emtpione constat instrumento publico Barchinone acto undecima die mensis decembris anno a nativitate Domini millesimo quingentesimo secundo clausoque sive subsignato per dictum Stephanum Soley notarium publicum Barchinone.

Hanc autem vendicionem et ex causa huiusmodi venditionis concessionem facimus nos dicti Michael Company et Michael Joannes Company vobis dicto Sebastiano Boet, alias Carbonell, et vestris et quibus volueritis perpetuo de predictis sicut melius dici potest et intelligi ad vestrum vestrorumque salvamentum et bonum etiam intellectum. Et extrahimus predicta que vobis vendimus defiere dominio, proprietate et posse nostri et nostrorum aut alicuius curie

et persone. Promitentes vobis tradere vobis aut cui volueritis loco vestri possessioniem corporalem seu quasi predictorum que vobis vendimus et in ea vos et vestros et quos velueritis facere existere perpetuo posciores preceteris quibuscumque vel vos aut vestri si volueritis ex potestate quam vobis et eis de et cum presenti conferimus sine faticha et requisitione nostri en nostrorum et alterius cuiuscumque curie et persone vestra propia auctoritate possitis ipsam possessionem corporalem seu quasi quandocumque volueritis libere aprehendere et aprehensam penes vos et vestros inte reccipere que cum per vos vel vestros aprehensa fuerit tantum valeat tantamque obtineat roboris firmitate ac si per nos vel nostros vobis vel vestris tradito foret corporaliter et de facto nos enim scientes illum de jure possidere cuius nomine possideret. Interim done dictam possesionem vobis tradiderimus aut vos vel vestris eam aprehendideritis ut est dictum facemur et constituhimnus nos predicta que vobis vendimus pro vobis et vestris vestrorumque et eorum nomine tenere, possidere seu quasi pigore quorum verborum et ex juris dispositione seu ministerio dicta poassessio pro tradita et in vos et vestros translata penitus sit et habeatis.

Preterea ex caxusa huiusmodi venditionis et alias damus, cedimus et mandamus et trasfferimus vobis dicto emptori et vestris et quibus volueritis perpetuo omnia jura omnesque actiones rales et pesonales mixtas, utiles et directas, ordinarias et extraordinarias et alias quascumque nobis et nostris competentia et competentes competereque debentia et debentes inpredictis que vobis vendimus et contra predictos obligatos et eorum bona et in quibuscumque aliis bonis et rebus dictorum obligatorum ratione et ocasione eorumdem quibus iuribus et actionibus supradictis possum vos et vestris penciones a cetero debendas prefatorum censualium et precia dicti duorum censualium cum aliis inde accessoriis in casu luytionis petere, exhigere, recupere et habere. Et in de apocham et apochas fines et diffinitiones ac quovis titulo sive causa cessiones facere et firmare retroclama inde exponere et quascunque executiones fieri facere et instare ac in dicto luytionis casu infrascripta dictorum censualium prefatamque tercii scripturam cancellare et anullare. Et alias uti et experiri agendo videlicet respondendo, deffendendo, excipiendo, proponendo et replicando et omnia alia et singula faciendo et libere exhicendo in judicio et extrajudicium quecunque et quem ad modum nos facere poteramus ante presentem venditionem juriumque et actionum cessionem et possimus michi eis non factis et etiam postea quandocumque. Nos enim facimus et constienhimus vos et vestros et quos volueritis in his dominos et porocuratores in rem vestram propriam ad faciendum inde vestre liberum voluntatis. Dicentes et intimantes thenore presentis publici instrumenti virem epistole gerentis in hanc parte dictorum obligatorum in dictis censualibus eorumque successoribus quibus cum hoc eadem instrumento presentem intimamus et notari ficamus venditionem quarum ad solam presentis instrumenti ostentionem de dictis pencionibus debendis in dictus luytionis casu dedictis preciis cum alii inde accessoriis vobis aut vestris solvant, respondeant, pareant et integriter satisfaciant quemodmodum nobis respondere, solvere et satisfacere tenebantur ante huiusmodi vencitione juriumque et actionum cessione alia intimacione minima expectata.

Precium vero dictorum duorum censualium mortuorum que vobis et vestris vendimus est quadraginta libras Barchinone quod quidem premito nobis dedistis et solvisits voluntati nostre realiter numerando. Et ideo renunciando exceptioni pecunie non numerate et non solute preciique predicti non habiti et non recepti et legi qua dicitur ultra dimidiam iusti precii subvenitur et doli mali et actioni in factum omnique alii juri, rationi et consuetudini his

obviantibus quovismodo. Damus scienter et [realiter] vobis dicto emptori et vestris siquid predicta que vobis et vestris vendimus plusmodo valent seu a modo velebunt pretio memorato.

In super convenimus et bona fide promitimus vobis dicto emptori et vestris quod predicta que vobis et vestris vendimus faciemus nos et nostris vos et vestros et quos volueritis [perpetuo] habere, tenere, percipere et possidere in pace perpetuo contini omnes personas quibus ea que vobis vendimus vel aliqua earum partis essent vel ese dicerent donata, impignorata, obligata, vel alienata ex contractu seu quas contractu facto opere seu culpa nostri anc nostrorum. Quoque tenebimur nos et nostris vobis et vestris semper de firma et legali evictione et legitima defentione eorumdem si tamen et casu quo ipsa evictio sequatur seu sequi contingat quandocumque ex et seu pro obligationibus contractibus seu quasi contractibus negociis culpa opere seu factis propriis aut pro non jure nostri en non alia nec in pluri ex pacto inde convento. Et de restitutione omnium missionum, sumptuum, dampnorum et interesse per vos seu vestros faciendorum et sustinendorum inducendis recontrandis sive exhanumerandis ipsis littibus sive causis si que forte ex dictis obligationibus contractibus seu quasi contractibus negociis culpa opere sive faciis propriis aut per non iure nostri et non alias nec inpluri anc ratione seu occasione eorundem fierent aut monerentur contra vos seu vestros ab aliquo instrumentum sive instrumentis littibus sive causis obtineatis sive in eisdem subcumbatis et quod alias apredictis et super predictis omnibus et singulis servabimus nos et nostris vos et vestros perpetuo indempnes et sine dampno et credatur et nec volumus vobis et vestris super ipsis missionibus et expensis sumptibus dampnus et interesse vestro et eorum plano et simplici verbo nullo alio probationum genere requisito.

Et pro his complendis et firmiter attendendis, tenendis et observandis obligamus vobis et vestris omnia et singula bona nostra et cuiuslibet nostrum in solidum mobilia et inmobilia habita obique et habenda renuntiantes quantum ad hec beneficio nove constitutionis et dividende accedende actionis et epistole divi Adriani ac consetudini Barchinone loquenti de duobus vel pluribus in solum se obligantibus et omni alii [legi], juri, rationi et consuetudini his obviantibus quovismodo. Et ut predicta omnia et singula maiori robore fultrantur non vi nec dolo sed sponte juramus in animas nostras per dominum Deum et eius sancta quatuor evangelia, manibus nostris corporaliter tacta, ea omnia et singula attendere et complere tenere et observare et in aliquo non contra facere vel venire aliqo iure causa vel etiam ratione. Hec igitur que et pro ut dicta sunt supra et pormissa facimus paciscimur convenimus et promittimus vobis dicto emptori et vestris necnon et non instrumento ut pure persone pro vobis et vestris et pro aliis etiam personis omnibus et singulis quarum intereset et intererit recipenti et paciscenti ac etiam legitime stipulanti.

Actum est hoc in parrochia Sancti Phelicis de Cappraria die quinto mensis octobris anno a nativitate Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo octavo.

Sig+num Michaelis Company venditoris predicti qui hec laudo, firmo et juro dicto die in dicta parrochia de Cappraria presentibus discreto Michaele Benedicto Gelabert notario cive Barchinone et Bartholomeo Vehils causidico ville de Materone testibus ad ista vocatis et assumptis.

Sig+num Jacobi Lentiscla presbiteri et vicarii parrochie Sancti Felicis de Cappraria diocesi Barchinone auctoritate apostolica notarii publici ac regentem escribaniam publicam rectorie

dicte parrochie pro venerabilis rectore eiusdem qui hec scribi feci et clausi cum litteris suprapositis in linea · LVIIIª · ubi legitur "legi".

**Document b:**

Sit omnibus notum quod nos Michael Company de Vall, cultor parrochie Sancti Saturnini de Ruppe, diocesi Barchinone, et Michael Joannes Company, eius filius, confitemur et recognoscimus vobis Sebastiano Boet, alias Carbonell, cultori vicinatus de Sant Crist parrochie Sancti Genesii de Vilassario, dictam diocesi Barchinone. Quod dedistis tradidistis et solvistis nobis voluntati nostre realiter numerando omnes illas quadraginta libras barchinonensis pro quibus sive quarum precio nos per nos et nostros vendidimus vobis et vestris et quibus volueritis perpetuo illa duo censualia. Iam crata videlicet: unum pencionis annue viginti trium solidorum et septem denariorum et pretii, sive proprietatis, viginti librarum Barchinone. Item illud aliud censuale pencionis annue viginti trium solidorum et septem denariorum et pretii, sive proprietatis, viginti librarum iam dicte monete tam in dictis preciis quam in pencionibus debendis a cratis eorumdem duorum censualium et aliis inde accessoriis eorumdem pro ut de ipsa vendicione constat intrumento recepto in posse notrarii infrascripti die et anno infrascriptus.

Et ideo renunciando excerptioni pecunie non numerate et non solute et doli mali ac in factum acditioni omnique alii juiri, rationi et consuetudini his obviantibus quovismodo facimus nobis de predictis quadraginta libris Barchinone presentem apocham de soluto intestimonium veritatis.

Actum est hoc in parrochia Sancti Felicis de Cappraria diocesi Barchinone die mercurii quinto mensis octobris anno a nativitate Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo octavo.

Sig+num Michaelis Company consitentis predicti qui hec laudo et firmo dicto die inna eandem parrochiam de Cappraria presentibus discreto Michaele Benedicto Gelabert notarii cive Barchinone et Bartholomeo Vehils causidico villa de Materone testibus ad esta vocatis et assumptis.

Sig+num Jacobi Lentiscla presbiteri et vicarii parrochie Sancti Feliçis de Cappraria diocesi Barchinone auctoritate apostolica notarii publici ac regentum scribaniam publicam rectorie dicte parrochie pro venerabile rectore eiusdem qui hec scribi feçi et clausi.

**49913 NR 100**



**1559 abril 14. Barcelona.**

***Renovació d'establiment.*** *Joan Porta, rector de Santa Maria de Caldes d'Estrac confirma l'establiment d'una peça de terra a Salvador Vehil, agricultor del veïnat del Sant Crist de Vilassar. Dita peça de terra, de dues quarteres de cabuda i on antigament hi havia edificada una casa, està ubicada en el lloc anomenat "Quintana del Sant Crist". La peça forma part del Mas Flor i Lladó i la té en domini la seva mestressa que és la Jaumeta Lledó, casada amb en Joan Prats. El Mas Lladó està sota domini de la rectoria de Caldes d'Estrac, per dit domini es paga la dècima dels fruits i un sou a l'any. Salvador Vehil pagarà cada any quatre diners per la "Quintana del Sant Crist" al Mas Lledó.*

*A Pergamí original (430 x 294 mm.): AMVM, pergamí núm. 100, registre núm. 49913.*

Noverint universi quod ego Joannes Porta, presbiter, rector parrochialis ecclesia Beate Marie Calidarum de Staracho, diocesi barcinonensi, gratis et ex certa scientia per me et meos in dicata rectoria successores laudo, approbo, ratifico et confirmo sive de novo stabilio vobis Salvatori Vehil, agricultori, vicinatus de Sanct Christ parrochia Sancti Genessi de Vilassario, dicte Barcinonencii diocesis, et vestris et quibus volueritis perpetuo vestris tamen consimilibus et vestrorem totam illam petiam terre campam, in qua antiquitis erant constructe domus, continentia seu seminatura duarum quarterarum parum plus vel minus cum introitibus, exitibus, iuribus et pertinentiis suis quam vos habetis et possidetis pro ut predecessores vestri alongis cuia temporibus habuerunt et possiderunt in dicta parrochia Sancti Genesii de Vilassario in loco vocato "Quintana de Sanct Crist".

Et terminiatur ab oriente in honore Mathei Vidal, alias Carbonell, a meridie partim in honore Antonii Vidal de Cambrils et partim in honore dicti Vidal, alias Carbonell, ab occidente in honore dicti Antoni Vehil, dicte parrochia, et a circio partim in honore dicti Vehil et partim in honore Joannis Vives, dicte parrochie.

Et predictam petiam terra tenetis, pro ut predecessores vestri tenuerunt, per dominam Jaumetam Lladona uxorem Joannis Prats, alias Lledo, dicte parrochia Sancti Genesii de Vilassario dominam mansorum Flor de Lledo, dicte parrochie, ad censum quatuor denariorum annuatim perpetuo solvendorum in festo Nathalis Domini in nuda tamen perceptione eorundem. Quequidem domina Jaumeta Lladona predicta et alia tenet per dictam parrochialem eclesiam Beate Marie Calidarum de Staracho et per me ut rectorem eiusdem et sub directo domino et alodio eiusdem ecclesia ad censum unus solidi annuatim pepetuo solvendi in dicto festo Nathalis Domini. Et est [...] sciendum quod predicta petia terra fuit et est pars et de pertinentiis mansi Lledo ipsius parrochie. Quiquidem mansus cum terris, honoribus et possessionibus eiusdem tenetur per dictam parrochialem ecclesiam Beate Marie Calidarum de Staracho ad prestationem decima ac predicti solidi ac aliorum censuum. Et ideo census qui fuint et prestantur per dictum mansum Lledo dicte parrochiali ecclesia Beata Maria Calidarum de Staracho sunt et esse debent salvi et securi dicte ecclesie parrochiali de Staracho et seu suo rectori predicti nedum super dicto manso et terris, honoribus et possessionibus eiusdem verum etiam de et super predicta petia terre que est pars et de pertinentiis ipsius mansi Lledo.

Hanc autem laudationem, approbationem, rattificationem et confirmationem sive de novo stabilitionem facio ego, dictus Joannes Porta, vobis dicto Salvatori Vahil et vestris de predicta petia terra sicut melius dici potest et intelligi ad vestri vestrorumque salvamentum sanum et bonum etiam intellectum sub tali tamen pacto, forma et conditione que predicta melioretis et in aliquo non deterioretis et que vos et vestris in his successores detis, faciatis et prestetis ac dare, facere et prestare habeatis et teneamini mihi et meis in dicta rectoria successoribus censum predictum unius solidi anno quolibet perpetuo solvendi in festo Nathalis Domini. In hiis autem non faciatis neque proclametis alium dominum seu dominos nisi tantum dictam Jaumetam Ladona et suos ac me et meos in dicta rectoria successores. Liceat tamen vobis et vestris post dies triginta ex quo in dictam rectoriam et suos dum taxat et suos in dicta rectoria successores fatichati fueritis predicta que vobis laudo, approbo, rattifico et confirmo sive de novo stabilio vendere, stabilire, permutare aut aliter alienare vestris tamor consimilibus et vestrorum salvis tamen semper in et super predictis que vobis laudo, approbo, rattifico et confirmo sive de novo stabilio dicte Jaumeta Ladona et suis dicto censu dictorum quatuor denariorum anno quolibet in dicto festo Natalis Domini solvendi et empara pro ipso censu habendo et salvis etiam semper censu, jure, dominio, firma et faticha triginta dierum mei et meorum in dicta rectoria successorum qui census est ut prehabetur est unus solidos annuatim solvendi in dicto festo Nathalis Domini ac alias iure, dominio, firma et fatica triginta dierum mei et meorum in dicta rectoria successorum.

Pro huiusmodi vero laudatione, approbatione, rattificatione et confirmatione sive de novo stabilitione dedistis et solvistis mihi dicto nomine et confiteor mea vobis habuisse et recepisse novem solidos barcinonensis.

Et ideo renunciando exceptioni pecunia non numerata et non solute et dolo malo actionique in factum et omni alii iuri, rationi et consuetudini his obviantibus. Volo et consentio

quod presens instrumentum sit et cedat vobis loco carte precarie sive antiqui tituli premissorum que vobis laudo, approbo, ratifico et confirmo. Quoniam pro ut asservistis et in animam vestram jurastis ad dominum Deum et eius sancta quatuor evangelia manibus vestris corporaliter tacta non habetis nec habere potuistis nec fecistis quominus haberet aliqua instrumenta nova seu vetera facientia pro premissis nec sitis ubi sint nisi dicti taxat quoddam publicum precarii sive nova laudationis, approbationis, rattificationis et confirmationis instrumentum factum et firmatum per dicta dominam Jaumetam Lledona uxorem dicti Joannis Prat, alias Lledo, ut dominam dictorum mansorum Flor et Lledo, Salvatori Vehil, calçaterio ville de Matarone, et Petro Morera, agricultori parrochia Sancti Andree de Llavaneres, tutoribus et suis casu et tempore curatoribus persone et bonorum vestri dicti Salvatoris Vehil receptorum et confertorum apud discretum Franciscum Sunyer notarium publicum Barchinona die septima mensis augusti anno a nativitate Domini millesimo quingentesimo tricesimo quinto.

Protestor tamen et mihi expresse rettineo quod si in futurum apparuerint aliqua alia instrumenta, nova seu vetera, pro predictis facientia in quibus appareat predictam debere facere maiores census aut alia jura que superius dictum est quod eos et ea petere, exhigere, recipere et habere possim huiusmodi instrumento in aliquo non obstant. Novissime volo quod de huiusmodi originali nota fiant duo publica consimilia instrumenta quorum unum mihi alterum vero vobis tradatur per notarium infrascriptum.

Actum est hoc Barchinona die decima quarta mensis aprilis anno a nativitate Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo nono.

Sig+num Joannis Porta predicti qui hec laudo et firmo.

Testes huius rei sunt Joannes Boscha et Paulus Castellar scriptores Barchinone.

Sig+num Michaelis Boera regia auctoritate notarii publici Barchinone qui hec scribi fecit et clausit rogatus.

**49917 NR 105**



**1559 abril 25. Vilassar.**

***Renovació d'establiment.*** *Martí de Sora, ecònom del monestir de Santa Maria de Montalegre, estableix de nou el Mas Carbonell i diverses peces de terra a Sebastià Boet, àlies Carbonell, agricultor de la parròquia de Sant Genís de Vilassar i a la seva muller Joana, hereva de dit mas. Es declaren homes propis, solius i afocats de dit monestir.*

*A* *Pergamí original (548 x 531 mm.): AMVM, pergamí núm. 105, registre núm. 49917.*

[*v.*] Precari de Mon Alegra fa per la casa den Carbonell de Vilasa. Carbonell de Vilasa. Precari [...]

Noverint universi quod ego dompnus Martinus de Sira [monacus] monasteri Beate Marie Montis Alacris ordinis Cartusiensis […] prefatus monasteri procuratore sindice economo et actore etiam cum libera et generali […] stracione et potestate substituendus legitime [con…] constitu[...] et generali mandato, plene constat instrumento recepto per discretum Joannem Hieronimum Canyelles, notarii publicum die lune [...]ima quarta mensis juanuarii […], substitutione constat instrumento recepto apud notari [supra] scriptum die et anno proxime dictis dicto nomine per dictum reverendum priorem […] suos in eodem monasterio [… aprobo, rati]fico et confirmo, sive de no[vo stabilio], vobis Sebastiano Boet alias Carbonel, agricultori parrochie Sancti Genesii de Villasario diocesi Barchinone, […usufructuario] constante matrimonio inter […] Joanne, uxorem vestram, heredem et proprietariam mansi Carbonel de Sanct Crist et dicte Joanne ut proprietarie et vestris tamen consimilibus et vestrorum totum ipsum mansum Carabonel in quo vos habitatis cum introitibus, exhitibus, juribus et pertinentiis suis quem vos habetis et possidetis pro ut predecessores vestris alongis citra temporibus habuerunt et possiderunt predicta parrochia de Villasario.

Et terminatur [dictus mansus cum gleva] sive pecia terre in qua fundatus est: ab oriente in honore Mansi den Saura, a meridie in camino regali per quem [itior] de villa Beate Marie de Matarone ad civitate Barchinone, ab occidente [partim] in tenedone dicti Saura et partim in tenedone Mansi Flor et a circio in tenedone Mansi Vives.

Item quandam peciam terre quam vos habetis et possidetis in dicta parrochia in loco vocato "as Sosyol". Et terminatur ab oriente in honore Castanyer de Carbrera, a meridie in littore maris, ab occidente in honore Bartholomei Amat dicte parrochie de Sant Crist et a circio in honore de "les Tonyes".

Item quandam aliam peciam terre quam vos habetis et possidetis in [dicta] parrochia et loco predictis. Et terminatur ab oriente in honore den Saura quam hodie vos possidetis, a meridie in littore maris, ab occidente in honore den […] et a circio "ab les Tonyes" quem hodie possidet "en Varigol".

Item quandam aliam peciam terre quam vos habetis et posidetis in dicta parrochia in loco vocato “los Aregays” et terminatur ab oriente in honore [dicti] “Varigol” quem hodie possidet “en Garau”, a meridie in honore “den Vives”, ab occidente in honore Guillermi Garau et a circio in honore “den Saura”.

Item etiam quandam aliam peciam terre in eodem loco vocato “los Aregay”. Et terminatur ab oriente in honore “den Garau”, a meridie in honore “den Lado”, ab occidente in honore “den Avella” et a circio in honore que fuit “den Jener de Cabrera”.

Item quandam aliam peciam terre quam vos habetis et posidetis in dicta parrochia in loco vocato “los Aregays”. Et terminatur ab oriente in honore “den Soler”, a meridie in honore “den Janer”, ab occidente in honore “den Asnes” et a circi in honore “den Garau”.

Item quandam aliam peciam terre quam vos habetis et possidetis in proxime dicto loco et terminatur ab oriente in honore “den Saura”, a meridie in honore [den Vives], ab occidente in honore “den Garau” et a circio in honore “den Alier”.

Item quandam iliam peciam terre quam vos habetis et possidetis in proxime dicto loco et terminatur ab oriente in honore “den Sils”, a meridie in honore “den Garau”, ab occidente in honore “den Mir” et a circio in honore “den Ferrer”.

Item quandam aliam peciam terre scitam in dicta parrochia in loco vocato “la Argelaga”. Et terminatur ab oriente in honore “den Barthomeu de Cabrils”, a meridie in honore “den Saura”, ab occidente in honore “den Catala de Cabrera” et a circio in honore “den Garau”.

Item quandam aliam quam vos habetis et possidetis in dicta parrochia in dicto loco vocato “sa Argelaga”. Et terminatur ab orinte in honore Bartholomei Arnau, a meridie in honore “den Catala”, ab occidente in honore “den Garau” et a circio in honore “den Saura”.

Item quandam aliam peciam terre quam vos habetis et possidetis in dicta parrochia in dicto loco. Et terminatur ab oriente in honore “den Barthomeu”, a meridie in honore “den Saura”, ab occidente in honore “den Garau” et a circio in honore Guillem Garau.

Item quandam aliam peciam terre quam vos habetis et possidetis in dicta parrochia in loco vocato “la cirerola”. Et affrontatur ab oriente in honore “den Sala”, a meridie in honore “den Sagui”, ab occidente in honore “den Garau” et a circio in honore “den Sagui”.

Item quandam aliam peciam terre quam vos habetis et possidetis in dicta parrochia in dicto loco. Et teminatur ab oriente in honore “den Orriols”, a meridie in honore “den Canal”, ab occidente et a circio in honore “den Garau”.

Item quandam aliam peciam terre quam vos habetis et possidetis in dicta parrochia in proxime dicto loco. Et terminatur ab oriente in honore “den Gironella”, a meridie in honore “den Saura”, ab occidente venerabili Raymundi de Blanes et a circio in honore [...].

Item quandam aliam peciam terre quam vos habetis et possidetis in dicta parrochia in loco vocato “a sa Closa”. Et terminatur ab oriente in honore “den Canal” qui fuit “den Ripol”, a meridie in honore “den Saura”, ab occidente in honore “den Orriols” quodam camino mediante et a circio in honore “den Vives” que fuit “den Saura”.

Item quandam aliam peciam terre quam vos habetis et possidetis in dicta parrochia in proxime dicto loco. Et terminatur ab oriente in honore “den Canal”, a meridie in honore “den Saura” que fuit “den Vives”, ab occidente “ab les tonyes” et a circio in honore “den Saura”.

Item quandam aliam peciam terre quam vos habetis et posidetis indicta parrochia in proxime dicto loco. Et terminatur ab oriente in honore “den Barthomeu”, a meridie in via publica, ab occidente in honore “den Jauma de Cabrera” et a circio in honore “den Saura”.

Item quandam aliam peciam terre quam vos habetis et posidetis in dicta parrochia in loco vocato “a ses tapies”. Et terminatur ab oriente in honore “den Mir” que fuit “den Abella”, a meridie in honore “den Garau de Cabrils”, a occidente in honore partim “den Ledo” et partim “den Raffart” que fuit “den Roig” et a circio in honore “den Saura”.

Item quandam aliam peciam terre quam vos habetis et possidetis in dicta parrochia in loco vocato “la Fossa”. Et terminatur ab oriente in honore “den canal” et partim “den Castanyera de Cabrera” que fuit mansi “Feliu”, a meridie partim in quadam peciam terre que fuit “den Vives” quam hodie vos pssidetis, ab occidente in honore “den Vives” et a circio in honore “den Garau de Cabrils”.

Item etiam quandam aliam peciam terre quam vos habetis et possidetis in dicta parrochia in loco antiquito dicto “las figueras” nunquam per quidam vocatam “la quintana den Amat” et pro alii “lo faxo”. Et terminatur ab oriente et a circio in honore “den Saura”, a meridie in via publica, ab occidente in honore “den Amat” que fuit “den Vives”.

Item quandam aliam peciam terre quam vos habetis et possidetis in dicta parrochia in loco nominati “al triador” cum arboribus olivariis. Et terminatur ab oriente in via publica, a meridie etiam in via publica, ab occidente in honore “den Vahil de Sant Crist” et a circio in via publica.

Item quandam a[liam peciam] terre quam vos habetis et possidetis in dicta parrochia in loco vocato “es casals subirans”. Et terminatur ab oriente ab “les tonyes”, a meridie in honore “den Saura”, ab occidente et a circio in honore Jacobi Rodos.

Item quandam aliam peciam terre quam vos habetis et possidetis in dicta parrochia in proxime dicto loco. Et terminatur ab oriente et a meridie in honore dicti Rodos, ab occidente in honore “den Vives” et a circio in honore “den Tolra”.

Et predictum mansum et pecias terre tenetis pro ut dicti predecessores vestri tenuerunt per dictum monasterium Beate Marie Montis Alacris ordinis cartusiensis diocesis Barchinone et eius conventu et subdominio et alodio ipsius monasterii.

Hanc autem laudacionem, approbationem, rattifficationem et confirmationem et de novo stabilicionem facio ego dictus dompnus Martinus de Sora nomine predicto vobis dictis conjugibus Carbonells et vestris et quibus volueritis proprio vestris tamen consimilibus et vestrorum de predictis sicut melius dici potest ei intelligi ad sanum et bonum intellectum vestri et vestrorum sub tali tamen pacto forma et condicione quod per dicta melioretis et in aliquo non deterioretis et quod pro censu predictorum et omnium melioramentorum que in ibi facieritis vos et vestris detis, prestetis et solvatis vos et vestri dicto monasterio et suo venerabile priori nomine eiusdem censum assuetum et iam pro predictis prestari solitum videlicet: quinquem

quorterias et mediam de spelta et mediam quorteriam ordei ad mensuram ville Granulariorum et quinque vuytans frumenti anno quolibet solvendorum termino consueto videlicet in festo sanctorum Petri et Felicis mensis augusti. Et etiam teneamini solvere dicto meo principali et successoribus eiusdem in dictis monasterio et conventum in consueta iam pro predictis prestari solita videlicet: duos solidos et medium pro albergua, undecim denarios et obulum pro parti et pro redempcione cuiuslibet hominis decem solidos et pro quolibet femina puellas duos solidos et octo denarios. [Sutisque] vos et vestri in predictis successores homines proprii solidi et affocati dictorum monasterii et conventus et succesores nostrorum in eisdem pro ut quilibet vassallus tenetur et esse debet suo domino naturali habeatisque et teneamini vos et vestri facere focum staticam et continuam resdensiam in dicto manso vosque et vestris successores teneamini et obligati scitis facere et prestare nobis et sucessoribus nostris in dicto monasterio et conventu sacramentum et homagium fidelitatis ore et manibus juxta usaticos Barchinone et constituciones Catalonie generales comendatum. In hiis autem non faciatis neque proclametis vos vel vestris in his sucessores alium dominum seu dominos nisi tantum dictum monasterium et eius conventum et sicum venerabilem priorem ipsorum nomine liceat tamen vobis et vestris post dies triginta ex quo in dictum priorem et conventum et sucessores suos in dictis monasterio et conventum faciatis fueritis per dictum mansum et pecias terre cum omnibus iuribus et pertinentiis eorum vendere, stabilire aut aliter alienare vestris tamen consimilibus et vestrorum. Salvis tamen semper in et super predictis dicto censu dictarum quinque quorterarium et medium de spelta et medie quor[teras or]dei ad mensuram dicte ville Granulariorum et quinque vuytens frumenti anno quolibet dicto termino sive festo solvendorum et aliorum fierumque pro dicto manso et peciis terre fiunt et prestantur pro ut superius continetur aliis iure, dominio et fatica triginta dierum dictorum monasterii et conventus et sui venerabile prioris ipsorum nomine.

Pro huiusmodi vero laudacione, approbatione, rattifficatione et confirmatione ac de novo stabilitione dedistis et solvistis mihi, dicto nomine et confiteor me a vobis habuisse et recepisse, novem solidos barchinonensis super quibus renuntio exceptiopnii non numerate et non solute pecunie et dolo malo et actioni in factum et omni alii iuri rationi, et consuetudini contra hec repugnantibus. Et volo et consentio quod huiusmodi instrumentum sit et cedat vobis loco carte precarie premissorum quoncam pro ut vos asservistis ac etiam jurastis ad sancta Dei et quatuor evangelia manibus vestris corporaliter tacta vos non habetis nec habere potuistis instrumenta aliqua novo vel vetera pro predictis facientia neque sitis ubi sunt licet inperquirendo ea debita et solvere adibueritis diligentiam et quod in dolo malo vel fraude facistis quo minus ea haberetis super quod revera eorum hostencio vel [extensio] est vobis inposibilis preterque quodam laudacionis instrumentum de predictis factum et firmatum per reverendum Galcerandum Carborumque priorem et procuratorem dicti monasteri et conventus Michaeli Carbonell agricultorii parrochie prefate domino dicti magnifici Carbonell instrumento recepto per discretum Jacobum Villar notari Barchinone die quarta mensis januarii anno a nativitate Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo octavo. Protestor tamen et dicto principali meo et suis expresse reservo quod si in futurum aliquo apparverit in quibus appareat vos debere facere aut prestare aliquem alium onorem, censum aut iura quam sit dictum ea facietis et prestabitis huiusmodi instrumento in aliquo non obstante. In super dicto nomine convenio et promitto vobis nec non et notarii infrascripto tanquam publice persone pro vobis et vestris et pro aliis etiam personis omnibus et singulis quarum interest recipientus et legitime stipulantis

sue et sucessores meos in dictis monasterio et conventu predicta omnia et singula rata et firma habere et contra ea non facere vel venire aliquo iure causa vel etiam ratione.

Actum est hoc in vicinatu de Sant Crist parrochie de Vilassario die vicesima quinta mensis aprillis anno a nativitate Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo nono.

Sig+num Martini de Sora predicti qui hec dicto nomine laudo concedo et firmo.

Testes huius rey sunt Bartholomeus Amat agricultor et baiulus dicti termini et Anthonius Mateu parrochie de Tiana.

Sig+num Joannis Carles, apostolica regiaque autoritatibus notarii publici civisque Barchinone qui hec scribi fecit et clausit constat de addio ex supraposito in linea · XI · ubi legitur "dicta".

A pagats al monestir dit al reverend procurador de […] tots los lloysmes […] fins al dia de la data de la present carta.

**49916 NR 008**



**1559 octubre 26. Barcelona.**

***Renovació d'establiment.*** *Miquel des Bosch i de Sant Vicenç, senyor dels castells de Sant Vicenç i de Vilassar, estableix de nou el Mas Barata (en runes i deshabitat) amb altres peces de terra, a Sebastià Boet, àlies Carbonell, i a la seva muller Joana Carbonell, propietària del Mas Carbonell de la parròquia de Sant Genís de Vilassar.*

*A Pergamí original (444 x 410 mm.): AMVM, pergamí núm. 008, registre núm. 49916.*

Noverint universi quod ego Michael des Bosc et de Sancto Vincentio dominus castrorum de Sancto Vincentio et de Vilassario. Gratis et ex certa scientia per me et meos in hiis successores laudo, approbo, ratifico et confirmo sive de novo stabilio vobis Sebastiano Boet alias Carbonell tanquam usufructuario constante matrimonio inter vos et dominam Joannam Carbonella dominam utilem et proprietariam mansi Carbonell, parrochie Sancti Genesii de Vilassario, vicinatus de Sancti Xhristophori, et vestris vobis tamen consimilibus et vestrorum totum ipsum mansum antiquitus vocatum Barata, dirrutum et desabitatum, et solo terre qua equatum cum omnibus singulis terris, honoribus et possessionibus eisdem inferius designatis.

Et primo totam ipsam peciam terre scitam in dicta parrochia in loco vocato “la Serra de Sant Salvador” boscosam et heremam cum introhitibus, exhitibus, iuribus et pertinenti suis. Et terminatur ab oriente in honore “den Roure” olim vero “Riera” alodio dicti castri, a meridie in honore “den Serra” de Vilassario alodio meo, ab ooccidente in onore “den Tria” alodio meo et a circio in carraria molinera ibi transeunte.

Item totam ipsam aliam peciam terre scitam in dicto loco vocato “la Serra de Sant Salvador”. Et terminatur ab oriente in honore “den Bergay”, a meridie in honore “den Tremolet” partim et partim in honore Jacobi Ferrer mediante camino molinero, ab occidente in honore dicti Jacobi Ferrer dicto camino mediante et a circio in honore “den Roudors” partim et partim in honore “den Raffart”.

Item etiam totam ipsam aliam peciam terre nemorosam in dicta parrochia in montanea substus caminum quo itur “de Cabera al mercat de Granolles per la Serra” continentem in se duas quorterias frumenti siminature paulo pluris minoris ve. Et terminatur ab oriente in honore “den Grau de Cabrills”, a meridie in honore “den Campins”, ab occidente in honore “den Bergay” et a circio in honore “den Lledo” mediante dicto camino “del mercat”.

Item totam ipsam aliam peciam terre boscosam scitam in dicta parrochia in loco vocato “la Lobatera” que terminatru ab oriente in honore “den Avella” partim et partim in honore den “Verivol”, [a meridie et occidente in honore dicti Verivol] et a circio in honore “den Avella”.

Et predictas quatuor pecias terre tenetis pro ut vestri precedessores a longis citra temporibus tenuerunt et possiderunt per me et sub dominio et franco alodio meo de quorum fructibus datis et dare debetis pro ut vestri predecessores diderunt de pane: tascham et braciaticum. Et de vino: tascham.

Item etiam laudo, approbo, rattiffico et confirmo sive de novo stabilio vobis dictis conjugibus Carbonellis et vestris vobis tamen consimilibus et vestrorum totas ipsas pecias terre in ferius designatas que sunt in plano eiusdem parrochie de Vilassario.

Et primo totam ipsam peciam terre scitam in dicta parrochia in loco vocato “as Bassals” de vinea plantatam continentem in se cuatuor homines de cavadura paulo pluris minoris vel terminatur ab oriente in honore “den Vahill de Sancti Christofori”, a meridie in honore “den Grau”, ab occidente in honore “den Bernat” partim et partim in honore “den Serra” et a circio in honore “den Roudors”.

Item etiam totam ipsam aliam peciam terre sictam in dicta parrochia in dicto loco vocato olim “Coma dosiat” nunc autem “as Bassals” de vinea plantatam continentem in se novem

homines de cavadura paulo pluris minoris vel et terminatur ab oriente in honore “den Vahill de Vilassasario”, a meridie in honore “den Vahill de la Serra”, ab occidente in honore dicti “Vahill de Vilassario” et a circio in honore dicti “Vahill de Vilassario”.

Et predictas pecias terre tenetis pro ut vestris predecessores alongis circa temporibus tenuerunt per me e subdominio et francho [meo] ad aggrarium tusche de vino tantum quam portare teneatis vestris propriis expensis intus cellarium dicti castri. Et de pane: tascham et braciaticum.

Item etiam laudo, approbo, rattiffico et confirmo sive de novo stabilio vobis dictis conjuguibus Carbonells et vestris vobis tamen consimilibus et vestrorum totam ipsam peciam terre scitum in dicta parrochia in loco vocato olim “Camp Major” nunc autem “Les Pinedes” continentem in se quatuor homines de cavadura paulo pluris minoris vel. Que terminatur ab oriente in honore “den Vidal de Vilassario”, a meridie in honore “den Tria”, ab occidente in honore “den Pons” et a circio in honore “den Vehill de Sant Christophori” partim et partim in honore dicti Vidal.

Item etiam totam ipsam aliam peciam terre scitam in dicta parrochia in loco vocato […da] que sunt tres fexie terra quarum prima terminatur ab oriente in honore “den Reudors”, a meridie in honore dicti Reudors, ab occidente in camino perquem itur “a mar” et a circio in honore dictir Reudos.

Item aliam peciam terre in dicto loco. Et terminatur ab oriente in honore “den Reudors”, a meridie in honore “den Bonyuten” alias Blanc que fuit “den Vives”, ab occidente in camino per quem itur ad mare et a circio in honore “den Raffart”.

Item etiam totam ipsam aliam peciam terre heremam scitam in dicto loco. Et terminatur ab oriente in honore “den Tolra”, a meridie in honore “den Vahill de Sanct Christophor”, ab occidente in honore “den Grau” et a circio in honore dicti Tolra.

Et predictas pecias terre tenetis pro ut vestri predessessores alongis circa temporibus teneantur per me et suis dominio et franco alodio meo ad agrarium tasque de vino tantum quam portare tenetis intus selarium dicti castri vestris propriis expensis. Et de pane: tascam et braciaticum.

Item etiam laudo, approbo, rattiffico et confirmo vobis dictis conjugibus Carbonells dictis nominibus et vestris totam ipsam aliam peciam terre scitam in dicta parrochia in loco vocato “La Olivera” prope “la Linda”. Et terminatur ab oriente partim in honore de Garau et partim in honore “den Mas d’Avall”, a meridie in honore “den Ledo de Mar”, ab occidente in camino perquem itur “a mar” et a circio in honore “den Reudos”.

Item totam ipsam aliam peciam terre scitam in dicta parrochia in loco vocato olim “La Falconera” nunc autem “la pessa de la riera de Cabrils”, per quam per medium transit dicta riera, continentem in se sex quorterias frumenti seminature paulo pluris minoris ve. Et terminatur ab oriente in honore “den Cassalls”, a meridie in honore “den Vahill de Sanct Christophori”, ab occidente in honore “den Casalls” et a circio pratim in honore “den Riba de Cabrera” et partim in honore “Carolinas” et partim in honore dicti Riba.

Et predictas duas pecias terre scilicet "la de la Olivera et de la Falconera" que nunc vocatur "la pessa de la Riera", per quam transit dicta riaria, tenetis pro ut vestri predecessores alongis citra temporibus tenuerunt per me et sub sominio et franco alodio meo ad censum medie quortarie frumenti ad mensuram ville Granullariorum anno quolibet solvende in festo Santorum Petri et Phelicis mensis augusti.

Item etiam laudo, approbo, rattiffico et confirmo sive de novo stabilio vobis dictis conjugibus Carbonells et vestris vobis tamen consimilibus et vestrorum totam ipsam aliam peciam terre scitam in dicta parrochia in loco vocato "al Sayoll" que est de pertinentiis Mansi Torra, olim Soler, continentem in se unam quorteriam frumenti seminature paulo pluris minoris ve. Et terminatur ab oriente in honore vestro alodio Monasterii Beate Marie Montis Alacris, a meridie in littore maris, ab occidente in honore "den [...]" et a circio in honore vestro alodio Monasterii Beate Marie Montis Alacris. Et predictam peciam terre tenetis pro ut vestri predecessores alongis citra temporibus tenuerunt per me et sub dominio et franco alodio meo subsensatam subsencibus mansi Torra eiusdem parrochie. Et nicholominus faciatis et prestatis de censu duos quortanos ordei anno quolibet solvendos in festo sanctorum Petri et Phelicis mensis augusti.

Hac itaque laudacionem, approbationem, rattiffication em et confirmationem sive de novo stabilitionem facio ego dictus Michael des Bosc et de Sancto Vincentio vobis dictis conjugibus Carbonells et vestris dictis nominibus et quibus volueritis perpetuo de predictis sicut melius dici postest et intelligi ad vestri vestrorumque salvamentum vestri et vestrorum. De predictis sub hiis videlicet pacto, forma et condicione quod predicta melioretis et in aliquo non detterioris et quod pro censu predictorum et omnium melioramentorum in predictis fiendorum datis, solvatis, faciatis et prestatis de dictis duobus peciis terre scilicet de pecia vocata "de la Olivera" et de pecia terre vocata "de la Riera olim sa Falconera" dictam medium quarteriam frumenti ad dictum mensuram vile Granullariorum anno quolibet solvendum in dicto festo Sanctorum Petri et Phelicis mensis augusti. Et de omnibus aliis peciis terre superius nominatis ut prefertur agrarium tasque de vino tantum quod agrarium aportare tenetis pro ut iam consuevistis intus cellarium dicti castri. Et de pane: tascham et braciaticum. Et nichilominus faciatis et prestetis dictum censum dictorum duorum quartanorum ordey anno quolibet dicto festo Sanctorum Petri et Phelicis mensis augusti.

In his autem non faciatis seu proclametis vos seu vestris in his successores alium dominum seu dominos nisi tantum me et meos in dicto castro soccessores liceatque tamen vobis et vestris in hiis successoribus post dies triginta ex quo in me seu meos in hiis successores facicati fueritis predicta que vobis dictis nominibus laudo, approbo, rattiffico et confirmo sive de novo stabilio vendere, permuttare, stabilire aut aliter alienare vestris tamen consimilibus et vestrorum solvis tamen semper michi et meis in hiis successoribus in et super predictis que vobis dictis nominibus laudo, approbo, rattifico et confirmo sive de novos stabilio dictis censibus dicte medie quorterie frumenti ad dictam mensuram ville Granullariorum et dictorum duorum quatanorum ordey dicto festo sanctorum Petri et Phelicis mensis augusti solvendorum et dictorum agrariorum et tascarum vini et tascarum et braciaticorum panis de peciis terre superius memoratus et alias iure, dominio, firma et fatica triginta dierum et salvis etiam semper in et super predictis que vobis laudo terciis, laudimiis et foriscapiis et aliis iuribus inde propredictis solvere competentibus.

Pro huiusmodi vero laudacione, approbatione, rattiffficatione et confirmatione dedistis et solvistis michi et confiteor me avobis habuisse et recepisse novem solidos barchinonensis.

Exceptioni non numerate et non solute pecunie omnino renuncians volens et concedens ac expresse pacisetis vobis quod huiusmodi instrumentum sit et cedat vobis loco carte precarie sive antiqui tituli predictorum quoniam pro ut vos aservistis ac etiam iurastis in animam vestram per dominum Deum et eius sancta quatuor evangelia, manibus vestris corporaliter tacta, prestito non habetis nec habere seu invenire potuistis aliqua instrumenta nova seu vetera pro predictis faciencia in perquirendo solertem exactam que hadibuerittis diligentiam nec scitis ubi sunt nec quicquem doli mali fecistis quominus et haberetis praestor tamen et michi et meis spresse reservo quod si in futurorum apparverit aliqua instrumenta nova seu vetera pro predictis faciencia in quibus appareat vos vel vestros pro predictis debere facere seu prestare maiores census seu alia iura in ea que superius sunt expressa illa nichillominus faciatis et presteris huiusmodi instrumento in aliquo non obstante.

Hec igitur omnia et singula que et pro ut dicta sunt supra facio pacisco convenio et promitto ego dictus Michael des Bosc vobis dictis coniugibus Carbonells et vestris et notarii etiam instrumento tanquam publice persone hec a me pro vobis et vestris recipentis pacissenstis ac etiam legitime stipulantis.

Actum est hoc Barcinone die vigesima sexta mensis octobris anno a nativitate Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo nono.

Sig+num Michaelis des Bosc predicti qui hec laudo concedo et firmo.

Testes huius rey sunt Monserratus Rirera scriptor Barchinone et Guillermus Rafer familiaris dicti des Bosch.

Sig+num Joannis Carles apostolica regiaque auctoritate notarii publici civisque Barchinone qui hec scribi fecit et clausit constat de adicto et supraposito in linea · XI · ubi legitur “a meridie et occidente in honore dicti Verivol”.

Persolvit. A pagat al senyor Bosch lo senyor en Sebastia Carbonell tots los ross[...] et lloysmes fins lo dia de la present carta del que sobre es dit.

**49884 NR 128**



**1565 maig 2. Barcelona.**

***Renovació d'establiment.*** *Miquel Desbosch, senyor dels castells de Vilassar i de Sant Vicens, estableix de nou a Sebastià Bohet, àlies Carbonell, una peça de terra en el lloc anomenat "La Femada d'en Vives", de la parròquia de Vilassar.*

*A* *Pergamí original (290 x 311 mm.): AMVM, pergamí núm. 128, registre núm. 49884.*

[*v.*] Percari de Sebestià Boet, alias Carbonell, de Vilassar fet per don Miquel des Bosch.

Noverint universi quod ego domnus Micahel Desbosch et de Sancto Vincencio, dominus castrorum de Vilassario et de Sancto Vincentio, quod cum Joannes Vives magister domorum parrochia Sancti Genesii de Vilassario vendiderit instrumento gratia redimendi Matheo Vidal, alias Carbonell, petiam terre infrascriptam ut de dicta venditione constat instrumento recepto apud Paulum Renart notarius Barchinone die decima nona mensis julii anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo quinto que quidem pecia tenetur per me et per monasterium Beate Marie Montis Alacris, ordinis cartugiensis, comuniter et sub directo et alodiali dominio nostri et nostrorum pro inde viro. Et in precalendato venditionis insturmento tantum continebatur dominium dicti monasterii. Et cum predicta communiter teneantur inter me et dictum monasterium ut constat per instrumentum venditionis facta de eadem petia terre per Bartholomeum Vives et Antoniam, eius uxore, Bartholomeo Vayl dicte parrochie de Vilassario instrumento gratie redimendi acto in villa de Matarone die septima mensis decembris anno Domini millessimo quingentesimo quarto in scribania de Matarone et clauso per discretum Joannem Cortes, notarius regentem dictam scribaniam, in quo quidem instrumento continetur dictum dominium directum teneri communiter per et inter me et dictum monasterium Beate Marie Montis Alacris et alias quo circa.

Gratis et ex certa scientia per me et meos laudo, approbo, rattiffico et confirmo sive de novo stabilio vobis Sebastiano Boet, alias Carbonell, agricultori parrochia predicti Sancti Genesii de Vilassario tanquem succedenti in his Matheo Vidal avunculo vestro et Joanni Vives heredi mansi Vives, dicta parrochia, habenti jus redimendi petia terra infrascripta presentibus et acceptantibus et vestris et quibus volueritis perpetuo vestris tamen consimilibus et vestrorum totam ipsam petiam terre campam continentem in se duas modiatas terre paulo pluris minoris ut quam vos habetis et posidetis virtute dicta venditionis instrumento tamen gratia redimendi mediante, scitam in dicta parrochia de Vilassar, in loco dicto "La femada den Vives". Que terminatur ab oriente in honore vestro dicti Carbonell via publica qua tenditur ad villam de Matarone mediante, a meridie partim in honore Bernardi Vayl dicta via publica mediante et partim in honore Joannis Mas dicta via publica mediante, ab occidente partim in honore dicti Vives eadem via publica mediante et a circio in honore vestro dicte Carbonella altera via mediante.

Et predictam peciam terre tenetis virtute dicte venditionis per me et per monasterium Beate Marie Montis Alacris communiter et pro indiviso absque aliqua prestatione census sive agrarii mihi nec meis. Hac itaque laudationem, approbationem, et confirmationem facio ego dictus nobilis Micahel Desbosch vobis dictis Sesbastiano Boet, alias Carbonell, et Joanni Vives nominibus predictis de predictis sive melius dici potest et intelligi ad vestri vestrorum et omnium salvamentum sub his videlicet pacto forma et conditione que predicta melioretis et que teneatis predicta per me et meos in his successores et per dictum monasterium Beate Marie Montis Alcachris comuniter in his autem non faciatis seu proclametis vos seu vestri in his successores alium dominum seu dominos nisi tantum me et meos in his successores et dictum monasterium Beate Marie Montis Alachris, ordinis cartugiensis, et suos successores liceatque tamen vobis et vestris in his successoribus post dies triginta ex quo in me et meos et dictum monasterium faticati fueritis predicta que vobis laudo vendere, permutare aut aliter alienare vestris tamen consimilibus et vestrorum. Salvis tamen semper nobis et nostris et dicto monasterio et suis successoribus jure dominio, firma et fatica triginta dierum, de salvis etiam semper terciis, laudimiis et foriscapiis ac aliis juribus nobis et nostris et dicto monasterio comuniter inter nos dividendis.

Per huiusmodi vero laudatione dedistis et solvistis mihi pro mea parte quatuor solidos et sex denarios barchinonensis exceptioni non numerate et non solute pecunie. Omnino renuncians volens et concedens ac expresse paciscens vobis quod huiusmodi instrumentum sit et cedat vobis nominibus predictis respective loco carte precarie sive nove laudationis predictorum quoniam asseruistis non habere alia instrumenta preterque que superius sunt calendata. Protestor tamen et mihi et meis et dicto monasterio ac vobis expresse reservo que si in futurum apparuerit aliqua instrumenta pro predictis faciencia in quibus appareat propredictis debere facere vel prestare aliquos census seu alia jura quamque superius sunt expressa illos et illa nihilominus faciatis et prestetis huiusmodi insturmento in alias Carbonell et Joannes Vives predicti acceptantes a vobis dicto nobili Micaheli Desbosc et de Sancto Vincentio laudationem, apporbationem predicta cum pactis et conditionibus predictis quibus expresse concensimus permittimus tenere predicta per vos dictum nobilem Micahelem Desbosc per dictum monasterium comuniter.

Et ita juramus in animas nostras per dominum Deum et eius sanctam quatuor evangelia manibus nostris corporaliter tacta predicta omnia et singula attendere et complere et in nullo contrafacere vel venire jure aliquo sive causa in manu et posse notarius infrascripti tanquam publice persona hec a nobis seu nostris recipientis et paciscentis ac etiam legitima stipulantis.

Actum est hoc Barchinone die secunda mensis madii anno a nativitate Domini millesimo quingentesimo sexagesimo quinto.

Sig+++na nostri Micahelis Desbosc laudantis et Sebastiani Bohet alias Carbonell et Joannes Vives acceptantis predictorum qui hec laudamus firmamus et iuramus.

Testes huius rei sunt Hieronymus Papionus et Joannes Montornes scriptores Barchinone habitatores.

Sig+num Joannis Carles apostolica regiaque auctoritatibus notarii publici et civis Barcinone qui hec scribi feci et clausi.

**49885 NR 111**



**1566 juny 1. Blanes.**

***Capítols matrimonials.*** *Gabriel Amargós Oliu de la vila de Blanes i la seva muller Magdalena, senyora i propietària de la casa i l'heretat d'en Oliu, fan donació de 100 lliures i una causa pia a la seva filla Magdalena com a dot per al seu matrimoni amb Rainer Roura, mariner, fill de Jaume Roure, navegant, i Elionor. Rainer li fa un escreix pel mateix valor.*

*A* *Pergamí original (373 x 303 mm.): AMVM, pergamí núm. 111, registre núm. 49885.*

ABC ABC

In Dei nomine. Noverint universi quod nos Gabriel Amargos y Oliu [...] ville de Blanis, Gerundensi diocesi, et Magdalena, eius uxor, domina utilis et propietaria domus et hereditatis den Oliu dicte ville [...] contemplatione matrimonii instrumenti per vos dilectam Magdalenam, filiam nostram legitimam et naturalem, de concensu et voluntate nostris contrarendi cum Raynerio Roura, marinerio, filio legitimo et naturali Jacobi Roura, naute, et Eleonoris coningum [...] dicte ville [...] ab ingentem amorem corem [...] vos [...] et excerta sciencia per nobis et nostros quoscumque presentes atque futuros donamus donatione videlicet pura, perfecta, simplici et irrevocabili que dicimur inter vivos nobis dicte Magdalene filie nostre presenti et inferius aceptanti et vestris et quibus voluerint perpetuo promisi videlicet: parte hereditate et legitima vestra tam paterna quam materna et supplementum eiusdem donacionibus lexiis sive legatis causis priis et pronomi alio et quocumque jures vobis nunc [...] in dictorum in et super herditate et bonis nostris et utriusque nostrum debito et pertinenti pertinereque debenti cum vel etiam instrumentorum vestrorum tempore nubciarum.

Ex una parte centum libras Barchinone omnes vestres et [...] persone vestre et vestrorum et [...] sive [...] cum sua apparestibus et clausura.

Attendentes etiam cum instrumento recepto penes honorabile et discretum Joannem Cortes auctoritate regia notarii publicum per totam ipsius terram et ditionem regentemus scribaniam publicam ville et termini de Matarone pro magnifico domino Francisco Ferrer et Despuig domino utili ipsius scribania die decima nona mensis augusti anno a nativitate Domini millesimo quingentesimo sexagesimo nono. Pretio triginta quinque librarum ultra laudimium et salarium instrumenti dictum Bartolomeum Soler vindidisse dicto Sebastiano Bohet, alias Carbonell, instrumento tamen gratis redimendi mediante totam illam petiam terre campam continentem in se duas quarterias et mediam frumenti seminature parum plus vel minus scitam in dicta parrochia de Capraria in loco dicto “als Aragays”. Et est de pertinentiis dicti Mansi Soler que tenetur una cum dicto Manso Soler terris, honoribus et possessionibus eiusdem per dictum monasterium Sancti Petri de Clarano et seu per eius reverendum dominum priorem et subdominio et alodio eiusdem ad dictum censum dictarum duarum quarteriarum frumenti anno quolibet solvendarum in festo sanctorum Petri et Felicis mensis augusti et trium solidorum et sex denariorum anno quolibet solvendorum in festo natalis Domini. Et terminatur ab oriente in honore Bartolomei Arnau, a meridie in honore “den Mir”, ab occidente partim in honore “den Canal” et partim in honore “den Rafart” quodam camino mediante et a circio in honore “den Vidal”.

Attendentes etiam cum alio instrumento penes dictum Joannem Cortes, notario, recepto die duodecima mensis octobris anno a nativitate Domini millesimo quingentesimo septuagesimo tertio dictum Sebastianum Bohet, alias Carbonel,l superaddidisse proxime dicte venditioni viginti octo libras decemseptem solidos et tres denarios.

Attendentes etiam in presentiarum habere necessarias octuaginta sex libras pro subveniendis aliquibus necessitatibus nostris valde ocurrentibus. Et vos dictum Jacobum Carbonell plurimum de precasse ut superadderetis dicte [supra calendatis dictas octuagintam sex libras] octo pretiis summam capientibus simul eum dictis octo pretiis quingentarum quinquaginta quatuor librarum decem novem solidorum et undecim denariorum barchinonem ultra laudimium et salarium presentis instrumenti et alia ut in venditionibus et aliis additionibus pretio supra calendarum continetur quas vobis [solvere] et restituere haberemus in casu luytionis et redemptionis dictarum petiarum terre. Et vos predictis precibus nostris condescendens pro subvementis dictis necessitatibus nostris predicta facere obtulisse nobis facientibus et firmantibus vobis huius modi instrumenti agnitionis bene fidei et additionis pretii cum omni salutate. Et quia vos de facto tradidistis nobis dictas octuaginta sex libras pro additione pretii dictarum venditionum quas dedistis et sovistis nobis modo infrascripto videlicet: sexaginta libras realiter et de facto numerando ad nostras omnimodas voluntates et restantes viginti sex libras dedistis et sovistis nobis etiam raliter et de facto numerando in presentia notarii et testium infrascriptorum.

Et ideo renuntiando exceptioni pecunia non numerate, non habite et non recepte et in modum predictum non solute et in additione pretii dictarum venditionum non converse doloque malo et in factum actioni omnius alii iuri, rationi et consuetudini his obiantibus. Quovismodo volumus et consentimus quod pretium dictarum venditionum a modo sit quingentarum quinquaginta quatuor librarum decemnovem solidorum et undecim denariorum ultra laudimum ratione huiusmodi instrumenti et salarium etiam presentis instrumenti solvere contingentem et ultra etiam laudimia dictarum venditionum dictarum petiarum terre et aliorum instromentorum

supra calendatorum et salaria instromentorum ut in eisdem. Et quolibet eorum continetur convenimus et bona fide promittimus ad paciscimur vobiscum quod nos nec nostris non utemur nec uti etiam possimus dictis instrumentis gratia redimendi nec aliquo eorundem juxta pactum inter nos et vos in hitum et conventum nec vos nec vestri non habeatis seu teneamini restituere et seu revendere dictas petias terre nec desistere a possessione ipsarum quin prius predicta quingente quinquaginta quinque libre decem novem solidi et undecim denarii una cum laudiminis et salariis instrumentorum supra mensionatorum et aliis pecunia quantitatibus que aparverint esse soluta sint vobis integriter et completa per solute quomodo nos cum presenti dictas petias terre pretio dictarum quingentarum quinquaginta quatuor librarum decemnovem solidorum et undecim denariorum ultra laudimia et salaria instrumentorum supra mensionatorum quantum opus sit vobis vendimus cum eisdem clausulis et cauthelis omnibus et singulis contentis in dictis et precalendatis venditionibus quas pro in certis haberi volumus ac si verbo ad verbum hec in certe essent quibus vobis restitutis dictas petias terre nobis et nostris restituere et revendere habeatis juxta formam instromentorum super gratia redimendi per vos factum.

Nec non etiam laudamus, aprobamus, ratificamus et confirmamus predictas venditiones possessionemque quam vos de predictis adeptus facistis quam tantum volere et operari volumus in hac parte quantum super nos tradita extitisset realiter, corporaliter et defacto. In super convenimus et bonafide de promittimus predicta omnia et singula rata, grata et firma habere eaque attendere et complere. Et dictas petias terre vos facere, habere, tenereque et possidere contra omnes personas dictis instrumentis gratie redimendi perdurantibus obsque tenebimur vobis et vestris semper de firma et legali evictione et legitima defensione eorundem. Et de restitione omnium missionum sumptum dampnorum et interesse si quos si quas vel si que feceritis et sustitueritis in ducendis vel defendendis littibus sive causis si que forte inde vobis vel vestris fierent vel moverentur in iuditio vel extra iuditium in predictis que vobis vendimus aut ratione vel occasione eorundem sive obtineatis in causa vel causis sive etiam subnumbatis in eisdem et alias super predictis omnibus et singulis servabimus vos et vestros penitus [indempnes] et sine dampno remitentes vobis et vestris ex pacto necessitatem denuntiandi et appellandi. Super quibus quidem missionibus, sumptibus, dampnis et interesse credatur vobis et vestris vero et eorum plano et simplici verbo nullo alio probationum genere requisito. Et pro predictis omnibus et singulis complendis et firmiter attendendis, tenendis et inviolabiliter observandis obligamus vobis omnia et singula bona nostra et cuius libet nostrum in solidum mobilia et inmobilia habita ubique et habenda etiam quovismodo et iure privilegiata.

Et ut predicta omnia et singula maiori gaudeant firmitate non vi nec dolo sed sponte juramis in animas nostras per dominum Deum et eius sancta quatuor evangelia manibus nostris et cuiuslibet nostrum in solidum corporaliter tacta predicta omnia et singula attendere et complere tenere et observare et in nullo contrafacere vel venire aliquo iure causa vel etiam ratione. Iuramus etiam nos dicti contrahentes huiusmodi contractum non fecisse in fraudem domini alodiales predicti pro quo predicta tenentur. Hec igitur omnia et singula que et pro ut dicta sunt supra et promissa facimus paciscimur convenimus et promittimus nos dicti Bartolomeus Soler et Stefanus Soler eius filius vobis dicto Jacobo Carbonell et vestris nec non notarii infrascripto tanquam publice persone recipienti et paciscenti ac etiam legitime stipulanti.

Actum est hoc in parrochia Sancti Genesii de Vilassario diocesi Barchinone die secunda mensis januarii anno a nativitate Domini millesimo quingentesimo nonagesimo.

Sig++na Bartolomei Soler et Stefani Soler ac Jacobi Carbonell predictorum cum hec laudamus, firmamus et iuramus.

Testes huius rei sunt Joannes Babtista Guri studens in iure et Guillermus Mates sutor dicte parrochie de Vilassario.

Sig+num Michaelis Ferrer Debusquets canonium sedis Barchinone et prior monasterii Sancti Petri de Clarano ordinis cluniensis diocesi Barchinone firmavit predictum instrumentum adidditionis pretii domini ratione suam firmam fecit partes me Christoforum Vehil notarii infrascriptum die sabbati septima mensis decembris anno a nativitate Domini millessimo quingentesimo nonagesimo primo in civitate Barchinone presentibus testibus Antonio Isern agricola parrochia de Vilassario et Simeone Nadal studiante cum dicto domino priore […] iuribus tamen dicti prioratus in nominibus et per omnia semper solvis et confessus fuit habuisse pro laudamus a dicto Carbonell quinquadecim libras monete Barchinone facta gratia de [...].

Sig+num Christofori Vehil auctoritate regia notarii publice parrochia Sancti Genesii de Vilassario diocesi Barchinone, Barchinone naturalis et habitatoris qui premissis interfuit ea que propria manu scripsit et clausit cum literis supra positis in lineis · XXXIIII · ubi legitur "supracalendatis dictas octuaginta sex libras" · XXXVI · "solvere" · LVII · "indempnes".

**13671 NR 684**



**1593 febrer 1. Mataró.**

***Establiment.*** *Els tutors del jove Joan Pau Ferrer i Soler, pagès, estableixen a Pere Jofre, teixidor de llí, un cós de terra per edificar una casa a la Quintana d'en Soler, al Camí Ral de Mataró i que llinda al nord amb la muralla de la ciutat.*

*A Pergamí original (692 x 657 mm.): AMVM, pergamí núm. 684, registre núm. 13671.*

[*v.*] Establiment fet i firmat per Salvador Mataró [...] com a tutor de [...] pagès de Argentona [...] edifica una casa en lo lloch dit [...] a cens de 3 sous [...] de la curia de Mataró al 1 r. fabrer [...]

In Dei nomine. Noverint universi quod nos Salvator Mataro agricola termini de Mataro diocesis Barchinone tuto et suis loco casu et tempore curata dattus constitutus et asignatus per Anthicum Vinyalls baiulum per [serenissima, sacra] /[2] et regia magestate termini et parrochie Sancti Juliani de Argentona de consilio magnifico Joannis Magarola [...] eius [...] Joanes Paulo Farrer et Soler pupillo agricole parrochie Sancti Juliani de Argentona filio et heredis /[3] Joannis Ferrer et Hieronique Solera conjugum deffuctum [...] de mea tutel et cura constat instrumento recepto in scribania de Matarone penes discretum Petro dez Puig olim notarius regentem dicti notarie pro domo utili eiusdem die /[4] mensis [*en balnc*] anno a nativitate Domini millesimo quingentesimo nonagesimo [*en blanc*]. Et dictus Joannes Paulo Ferrer et Soler pupillus dictus respective nominibus ad [...] videlicet meliorandum et in aliquibus non deteriorandum, gratis et /[5] ex nostris certis scienciis per nos dictus respective nominibus et nostros heredes et successores quoscunque stablimus et in emphiteosim damus et concedimus vobis Petro Jofra, textori lini, ville de Matarone, presenti et vestris et quibus volueritis /[6] perpetuo vestris tamen consimilibus et vestrorum totam illam cursus terre ad edifficandum domum [...] et jux villlam de Matarone in loco vulgo dicto "lo cami real" aliter "la quintana den Soler" qui quidem cursus est amplitudine /[7] viginti quattuor palmorum de tou remanentibus paretibus franquis pro ut afrontatur ab oriente in honore Anthonii Costa magistri domorum per nos sibi die presenti stabilio, a meridie cum dicto camino regio illarum transeunte, ab occidente cum residuo honore meo et /[8] a circio in itinere murorum dicte ville.

Et tenetur predictum cursus terre quem vobis cum presenti stablimus et in emphiteosim damus et concedimus una cum aliis dominibus penes diversos remanentibus et alia parte dicte quintane penes nos remanenti per prepposituram mensis /[9] aprilis canonice sedis Barchinone et per cuis reverendum dominum prepositum nomine eiusdem et sub jure dicto dominio et alodio, firma et fathica triginta dierum et alio quolibet pelno jure et directo dominio eiusdem preppositurie ad censum quatuor solidorum et sex denariorum /[10] monete Barchinone, anno quolibet solvendorum in festo natalis Domini, unius quarterie et medie frumenti boni, pulcri, nitidi et receptibilis et unius quarterie et medie ordei ad mensuram veterem ville Granullariorum et unius quarterie speltem ad dictam mensuram anno quolibet /[11] perpetuo solvendorum in festo sanctorum Petri et Felicis mensis augusti. Ut hec et alia constat per publicum instrumentum receptem penes Jacobum Sastre notarius pubicum Barchinone sub diversis chalendatis quorum primus fuit die trigesimo mensis martii anno a nativitate Domini millesimo

/[12] quingentesimo duo decimo. Quos quidem census nos solvere tenemur sine dampno et missione vestris et vestrorum in his successorum. Est tamen verum quod sunt salvi et securi, dicte prepositure mensis apprilis, tali super dicto censum, quem vobis stabilimus, quod super domibus /[13] in dicta quintana constructis. Et super dicta quintana hoc spectam predicta ad me dictum pupillum ex longeva pres[...] antiqua et inmemorialia possessione mei et meorum predecessorum de qua hominum memoria in contrarium non extat.

Hoc autem sta- /[14] stabilimentum et in emphiteosim dationem et concesionem facimus nos dicti Salvator Mataro dicto nomine. Et ego dictus pupillus vobis dicto Petro Joffre et vestris et quibus volueritis perpetuo vestris tamen consimilibus et vestrorum de predictis sicut melius [...] et intelligi ad vestrum /[15] vestrorumque salvamentum sanum et bonum etiam intellecto cum pacto quod in dicto cursu habeatis et teneamini edifficare domos. Et quod in parte orientis habeant vos dare paretem francham et in parte occidentis vos habendis dare parietam francham nobis seu cuius quod a nobis /[16] jus habenti. Et quod predicta melioretis et in aliquo non deterioretis quod que pro censu predictum et omnium melioramentorum per vestros in ibi faciendorum vos et vestris in his successores detis et solvatis ac dare et solvere habeatis et teneamini michi dicto pupillo et meorum /[17] in his successoribus triginta solidos Barchinone, anno quolibet solvendis die purifficationis beate Marie virginis presentis et currentis mensis februarii ad unum annum primum et continue venturum et [...] de inde anno quolibet in consimili termino, sive die, triginta solidos Barchinone de /[18] censu in nuda tamen perceptione hoc est absque aliqua dominatione. In his autem non faciatis neque proclametis vos seu vestris alium dominum seu dominos nisi tantum nos et nostros dictis respective nominibus quam ad dictum censum nudum habendum et dictam prepposituram /[19] mensis aprilis canonice sedis Barchinone seu eius reverendum dominum prepositum nomine [...] dominum directum et alodialem predictum. Liceat tamen vovis et vestris post dies triginta ex quo in dictum reverendum dominum prepositum fathicam fueritis predictam /[20] que solis stabilius et in emphiteosim dictis nominibus damus et concedimus vendere, stabilire, permutare aut alia alienare vestros tamen consimilibus et vestrorum. Salvis tamen sempre in et super predictis quem vobis stabilimus et in emphiteosim davimus et concedimus /[21] michi dicto pupillo et meos in his successoribus dicto censu noviter imposito dictorum triginta solidorum monete Barchinone quolibet anno solvendorum dicto die in dicta nuda perceptione hoc est absque aliqua dominatione. Et salvis etiam semper tam super predicto censu /[22] noviter imposito quam super dicto cursu et dicta quintana et domibus in eadem constructibus dicta prepositure mensis aprilis canonice sedis Barchinone seu eius reverendo domino preposito nomine eiusdem censu jure, dominio et alodio, firma et fathica triginta dierum /[23] alio quolibet pleno jure et directo dominio eiusdem prepositure qui census et jura sunt iam superius enarrata et specifficata. Et salvo in quam laudemio, sive tertio, inde et pro predictis solvere competerin dicte preposituram seu eiusdem reverendo domino preposito nomine /[24] eiusdem.

Intrata autem huiusmodi stablimenti est unum par gallinarum bonarum et receptibilium. Et ideo renuntiando excepcioni dicte intrate non habite et non recepte et doli mali actionique in factum et omni alii juri et accioni et consuetudini contra hec repug-/[25]nantibus quovismodo donamus et remittimus dictis nominibus vobis donatione irrevocabili inter vivos si quid predicta que vobis stabilimus et in emphiteosim damus dictus nominibus plus modo valent aut a modo valebunt censu et intrata predictis.

In super dictus nominibus /[26] convenimus et promitimus vobis quod predicta que vobis stabilimus et in emphiteosim damus dictis nominibus faciemus vos et vestros et quos volueritis habere, tenere et possidere perpetuo contra omnes personas quod que tenebimur vobis et vestris dictis nominibus semper de firma /[27] et legali evictione eorundem. Et de omnibus dampnus, missionibus et expensis litis et [...] sive obtineatis in causa seu causis sive etiam subcumbatis et alias a predictis omnibus et singulis [...] vos et vestros penitus sine dampno. Super quibus quidem misionibus, /[28] dampnis et interese credatur vobis et vestris plano et simplici verbo nullo alio probationum genere requisito. Et pro his complendis et attendendis, tenendis et observandis dictis nominibus obligamus vobis et vestris scilicet ego dictus curatos omnia et singula /[29] bona dicta tutele et cure. Et ego dictus pupillus omnia et singula bona mea propria mobilia et inmobilia, habita ubique et habenda.

Ad hec ego dictus Petrus Joffre acquisitor predictus ex certa scientia acceptans predicta per vos dictum /[30] Salvatorem Mataro dicto nomine et dictum pupillum michi in emphiteosim data et concessa cum pactis et conditionibus pre appositis. Convenio et bona fide promitto vobis dictus nominibus quod predicta meliorabo et in aliquo non deteriorabo censumque predictum /[31] dictorum triginta solidorum monete Barchinone noviter empositum vobis dicto pupillo Ferrer et Soler et cui volueris perpetuo [...] anno quolibet. Et quod predicta omnia et singula per me et meos attendenda sunt et complenda ego et mei attendemus et completimus /[32] quod dabimus et solvermus ego et mei vobis et vestris in his successoribus et quibus volueritis perpetuo intus villam de Matarone seu al[...] intus presentem diocessis Barchinone vestri et vestrorum dicto nomine in his successoribus anno quolibet in dicto die iam superius enarratus dictos tri-/[33]ginta solidos dicte monete Barchinone de censu sine aliqua videlicet dilacione, excusatione, compensatione, deductione et rettentione et si forsam aliquo anno seu aliquibus annis lapso termino solutionis dicti annua census opportuerit vos seu vestros dicti nominibus /[34] in his successores ire, venire seu mutare ad me seu meos [...]petendi, exhigendi dictam annuam pentionem seu annuas pentiones solvi cessatas dicti annuii census. Convenio et promito vobis dictis nomnibus quod ego et mei in his successores dabimus et solvenimus vovis et vestris /[35] in his successoribus, aut dicto nuntio seu procuratorum vestro, pro salario silicet et laboribus cuius libet die qua pro predictis vacaverit seu vacaverint causa petenda exhigendi dictas annuas pentionem seu pentiones dicti annue census solvi cessatam seu cessatas /[36] quinque solidos dicte monete Barchinone ultra quos quidem quinque solidos salarii quotidiani predicti ego et mei in his successores dabimus, solvenimus, restituemus et emendabimus vobis et vestris in his successoribus omnes et singulas missiones, sumptus, dampna et inter-/[37]esse quos quas et que pro his facere et sustinere habuerit quoquemmodo. Super quibus quidem missionibus, sumptibus, damnis et interesse credatur vobis et vestros in his successoribus vestro et eorum plano et simplici verbo nullo alio probationum genere re-/[38]quisito.

Alterius ultram convenio et promito vobis, sub pena centum solidorum monete Barchinone, quod mihi gratis impono, quequem toties anullatur exhigi possit quoties in predictis et infrascriptis per me seu meos fuerit aliqualiter contrafactum pro duabus /[39] partibus vobis dicto stabilienti dicto nomine et vestris in his successoribus pro religua tertia parte magnifico [...] curiarum Barchinone sive alteri officiali inde executionem facienti acquiratur et applicetur de qua pena comissa vel non soluta vel non vel /[40] aut graciosse remissa nichilominus ad premissa de [...] omnia et singula teneamur et stingamur ego et mei omni exeptione remotta et quod de aut super his non firmabo nech mei firmabunt vobis et vestris in his successoribus jus

seu de juris /[41] nech causabi seu causabimum cum ea seu [...] nech contestabi seu contestabuntur littem aut opponerunt seu opponent nech opponi faciam seu faciant aliquam exceptionem ad hec contraria ullo modo nisi utar nech utemur nech uti possint. /[42] Hec quibus supra et infra renuntio aut aliis quibus in his successores hec possimus nos aliquas deffendere seu [...] volo quod pro his possit et debeat fieri executio contra me et bona mea et meorum in his successorum et ad pre[...] et /[43] [...]orum omnium observatione firmiter et efficaliter teneatur et [...] ego et mei et compelli possimus et possint firmiter et d[...] omni exceptioni remota. Et pro predictis omnibus et singulis complendis et firmiter attendendis, /[44] tenendis et irrevocabiliter observandis obligo vobis et vestris in his successoribus omnia et singula bona mea mobilia et inmobilia ubique habita habita et habenda.

Renuntio quantum ad hec legitimi juri dicenti quod: “Pena semel exacta amplius peti seu /[45] exhigi non possit”. Et alii dicenti: “Penam quantitatis sortem exedere non posse”. Et alii [...] et restitutionum missionum sumptum dampnorum et interese fieri. Et omni etiam firma juris omnis quod libelli oblationi litis conte-/[46]stationis judicis assignationi et eius officio et omnibus appellationibus, pronotationibus, reclamationibus, [...] auxiliis ac benefficiis quibus adversus hec jurare possem et omnibus etiam gudaticis et elongamentis et supercedimentis pro his vel sim-/[47] [...] per serenissimi regem seu serenissima regina aut quoscumque officiales eorundem dare et concessio seu concedendis quavis causa seu racione. Renuntians etiam foro meo proprio et ipsius fori privilegio et legi si convenerit [#]de /[48] jurisdiccione omnium judicem et jus revocandi dominio sub penes et submittens me et bona mea que ad hec foro distincti examini cognitioni et executioni dicti magnifico vicario seu regentis vicarie Barchinone. Et aliorum quorumcumque judicium /[49] et offialem tam ecclesiaticum quod secularum eorum genero seu quibus me et bona mea pro predictis comuni revocabilitis cuius vel quorum forum [...] examine cognitione et executione in me et bona mea quantum ad hec exten-/[50]do et per ego de certa sciencia et ex pacto sciens me eorum jurisdictione factam aliter non [...] et consentiens quod una curia electa possitis et valeatis ipsam dimittere et ad primam redire et semel et pluries /[51] variare judicium pro libitum voluntatis. Renuntians quantum ad hec legi quas varietur seu inconstantia judici reprobatia. Et legi sive judice quod [...] judicium ibi finire debet [...] etiam /[52] omnibus aliis legibus, constitutionibus, usibus, juribus, racionibus et consuetudinibus his quomodo libet ab [...] et me juribus in premisis quas quidem generalem renuntiationem ea quibus generali renuntio per inde vale /[53] et operari volo juris efficatiam obtinere ac si [...] predicta omnia et singula quibus generaliter renuntia [...] continerentur sigillatur et districte. Renuntians ex certa scientia cuilibet usu seu consue-/[54]tudini per quod possit ipsam generali renuntiatio impugnari fieri fore licitum cuilibet expreso, causa previa licita et honesta, jure pro proprio seu in eius favorem into dicto quomodo libet renunciare est sciendum quod /[55] predictum stabilimentum penes salaria, missiones, expensas et alia inde dependentia ego dictus requisare [...] et sub pena tercii solvere promitto vobis et vestris in his successoribus in libris tertiorum curie vicarium Barchinone /[56] obligando pro inde me personalem omnia et singula bona mea mobilia et inmobilia, habita ubique et habenda. Et qui e pro predicta tertii scriptura firmanda in dicta curia vicarii Barchinone personalem interesse ne que cum /[57] [...] vicarius Barchinone.

Id circo gratis et ex mea certa sciencia constituo et ordino procuratores certos et speciales et ad infrascriptam etiam generales ita tam quod specialietr ipsi generaliter minime deroget [...] contra alias /[58] et quiuscumque notarie et dicta curie vicarius Barchinone scribas juratos qui nunc sunt et pro tempore fuerint liceat absentis tanquam presentis et quam libet

eorum [...]. Ita tamen quod qui libet eorum valeat pro me et nomine meo dictam tertii /[59] scripturam in dicto libro tertiorum curie vicarii Barchinone die non feriato firmavi et ibidem personam meam et omnia et singula bona mea mobilia et inmobilia habita ubique et habenda obligare juxta [...] dicte curia /[60] super his dictius observantum. Promitens me semper habere rattum, grattum, validum atque firmum totum quo que quid et quantum predictos procures meos et quem libet eorum in solum curia dicta tercii scripturam firmandum corum /[61] me et nomine meo procuratorum et actum fuerit sive gestum et nullo tempore revocare sub bonorum mei vobis [...] obligatione. Et ideo volo et convenio quod per hoc instrumentum vel aliqua re convenio meo de [...] tertii scriptura vel e /[62] conversum nullum prejudicium generetur tacitum vel expresse, directum vel indirectum aut alias quovis modo iuro utraque cautio et obligatio sit et permaneat in suis plenis robore et valore et vos et vestris possitis et valeant utraque /[63] dictarum cautionum et obligationum libere uti et super eiusdem semel et pluries pro libito variare dum de predictis aliquid debeatur habere quod fieri et complere.

Et ut predicta omnia et singula que et pro ut per utramque partis [...] /[64] alteri ad [...] dicta fuerit et promissa maiori gaudeant firmitate non vi nech dolo sed sponte nos dicti stabilienti dictis nominibus et acquisitor juramus in animas nostras ad dominum Deum et eius sancta quatuor evan-/[65]gelia, manibus nostris corporaliter tacta, predicta omnia et singula attendere et complere, havere et observare et in aliquo non contrafacere vel venire aliquo jure causa vel etiam racione vigore cuius quidam juramenti /[66] oferimus predicta facta non [...] prejudicium dominum alodialis predicti proqua predicta tenentum juxta constitutionem super his in curia monti[...] et disponentem.

Hec igitur omnia et singula que et pro ut dictus /[67] sunt supra et promissa facimus paciscimur convenimus et promittimus nos dictis stabilientis et acquisitor scilicet et utraque pars [...] alteri et nobis ad [...] esse dicta et promissa in manu et posse notarii infrascripti tanquam /[68] publice persone nomine omnium illorum quorum in[...] recipiens pacisciens ac etiam legitime stipulantis volentes nos dicti stabilientis et acquisitor quod de huiusmodi fiant et fieri possint duo publica consimilia originalia infram quorum /[69] [...] stabilientis dictus nominibus et alterum michi dicto acquisitorum tradantur.

Actum est hoc in villa de Matarone diocesis Barchinone die primo mensis februarii anno a nativitate Domini millesimo quingentesimo nonagesimo tertio. /[70]

Sig++na Salvatoris Mataro et Joannis Pauli Ferrer et Soler stablientumus. Sig+num Petri Joffre acquisitor predictus qui hec laudamus, firmamus et juramus ac respective acceptamus. /[71]

Testes huius rei sunt Jacobus Llado vicinatus de Valleix termini de Matarone et Anthonius Costa magister domorum de Matarone. /[72]

Ego Paulus Pla canonicus eclesis Barchinone et presenter prepositura mensis aprilis canonicus dicte [...] juribus dicte prepositure in [...] semper salvis. /[73]

Ego Franciscii Pons canonicus elesie Barchinone et pro[...] mensis aprilis canonicus dicte eclesie [...] prepositarum semper salvis. /[74]

Sig+num Jacobi Marfa apostolica et regia auctoritatibus notarii publici regentis notariam et scribaniam publicas villa et termini de Matarone pro herede seu successore magnifici

Franciscii Ferrer dez Puig, quondam, domini utilis dictarum notaria et scribania [predictam]. Qui hac dominii racione firmata scribi, fecit et clausit.

**49924 NR 001**



**a) 1603 agost 20. Mataró.**

***Creació de violari.*** *Salvador Julià, fuster de Mataró, ven a Antoni Sala, mercader de Mataró, un violari per un preu de 24 lliures i 10 sous i pensió anual de 3 lliures 10 sous. Com a garants de la venda signen Francesc Julià, teixidor de lli de la parròquia de Sant Andreu de Llavaneres i Jaume Carbonell de Vilassar.*

**b) 1603 agost 21. Mataró.**

***Rebut.*** *Salvador Julià, teixidor de lli de Mataró, reconeix haver rebut d'Antoni Sala, mercader de Mataró 24 lliures i 10 sous en concepte de la venda de l'anterior violari.*

*A Pergamí original (676 x 533 mm.): AMVM, pergamí núm. 001, registre núm. 49924.*

**Document a:**

+ In Dei Nomine. Noverint universi quod ego Salvator Julia, ligni faber ville de Matarone diocesi Barchinone, pro subveniendis et succurrendis aliquibus necessitabus michi in presentiarum valde occurrentibus quibus aliter minori dampno bonorum meorum subvenire nequeo quod per viam vendicionis et orignialis creationis violarii infrascripti ceteris aliis viis modis et formis inde per me solerti ingenio pervigilique cura perquisitis et indagatis. Id circo gratis et ex certa scientia per me et omnes heredes et successores meos quoscumque presentes atque futuros vendo et ex causa honorem venditionis concedo vobis honorabile Anthonio Sala, mercatori dicta villa de Matarone, licet absenti notario tamen infrascrito pro vobis et vestris stipulanti instrumento tamen gratia redimendi mediante tres libras et decem solidos barcinonensis pencionis annua sive annuales, rendales et perpetuales de violario vulgariter nuncupatis in nuda tamen perceptione earundem hoc est sine omni videlicet firma, faticha, laudimio, tertio et foriscapio sed cum omni firma et cohertione habendi et percipiendi.

Easdemque habendas et percipiendas per vos et vestros in hiis successores a me et in bonis meis fideiussorum infrorum et cuiuslibet nostrum insolidum mobilibus et immobilibus, habitis ubique et habendis etiam quovismodo et jure privilegiatis a die videlicet confessionis appocha precis presentis venditionis violarii ad unum annum primo et continuo venturo et sich de inde anno quo libet perpetuo in dicto vel consimili termino sive die durantibus tamen vitis naturalibus Joannis Arnau filii legitimi et naturalis Francisci Arnau negotiatoris et Eulalie eius uxoris et Francisci Vallmaior filii Petri Pauli Vallmaior chirurgici et Anna suis uxoris. Et alterius eorum supervivens post obitum alterius premoriens et non ultra franchas si quidem et[…]tias liberas et inmunes ab omnibus et singulis donis mutuis muneribus profertis servitiis, servientibus ex actionibus et contributionibus tam regalibus, realibus quod personalibus et vienialibus et ab omnibus et singulis emparis marchis represalis pignoribus deductionibus et contributionibus quibuscumque quocumque nomine nuncupatur.

Hanc autem vendiciionem et ex causa honore vendicionis concessionem facio ego dictus Salvator Julia venditor predictus vobis dicto honorabile Anthonio Sala emptori predicto et vestris et quibus volueritis de predicto violario sicut melius dicti postest et intelligi ad vestrum vestrorumque salvamentum sanum et bonum etiam intellectum promitens et conveniens vobis et vestris in his successoribus quod predictum violarium que vobis vendo et suis annuales pentiones francas et quitias ut est dictum una cum aliis accessoriis eiusdem ego et mei in his successores dabimus, solvemus, trademus et aportabimus seu tradi solvere et aportari faciemus vobis et vestris in his successoribus ad vestram et eorum voluntatem indilate intus domum seu hospicium propria habitationes vestri et vestrorum in his successorum dum tamen eam foneatis et foneant intus presentem Cathalonia Principatum annuatim in dicto termino sive die sine nulla videlicet dilatione et excusatione, compensatione, deductione, retentione et absque onum dampno, missione et interesse vestri et vestrorum in his successorum sed ad mei et meo in riscum, periculum et fortunam meisque et meorum in propriis missionibus expensis et interesse verum si forsan aliquo anno seu aliquibus annis contigerit solutionem dicti vestri violarii vobis et vestris in his successoribus in totum vel in partem differri vel cessare ultra termini precontentum. Et propterea oportuant vos seu vestros in propria persona ire, venire seu mittere ad me seu meos seu ad fideiussores infrascriptos et suos successores nuntium aliquem seu porcuratorem vestrum aut aliquam aliam personam pro vobis et vestris inde laborantem et alias

vos seu vestros laborare contigerit pro peticione seu exaltaione dicti vestri violarii aut alterius partis seu quantitatis eiusdem aut alias. Pro observitione aliquorum aliorum supra supra et infra in presenti instrumento contentorum convenio et promitto quod ego et mei in hiis successores dabimus et solvemus vobis et vestris aut ipsi nuncio seu procuratori vestro inde laborati pro salario scilizet et laboribus cuiuslibet dici qua hac decansa vos seu ipsos laborare seu vacare contigerit et tam hundo stando quorum etiam redeundo scilicet intus presentem villam de Matarone quicumque et extra eandem villam decem solidos monette Barchinone ultra quos quidem quinque et decem solidos Barchinone salarii quotidiani predicti dabo, tradam, sovam, restituam, et emendabo meique dabunt, solvent, traden, restituent en emendabunt vobis et vestris in hiis successoribus ac ipsi nuntio seu procuratore vestro omnes et singulas missionies, sumptus, expensas, dampna et interesse quos quas et que vos et vestros parti aut modo aliquo sustinere contigerit pro petitione seu exactione dicti violarii aut alicuius partis seu quantitatum eiusdem. Super quibus quidem missionibus, sumptibus, expensis, damnis et interesse predictis credatur et credi volo vobis et vestris aut ipsi nuntio seu procuratori vestro et eorum, plano et simplici, verbo aut saltem solo simplici juramento quod nunc pro tunc vobis et vestris deffero et pro delato id penitus haberi volo expacto nullo alio probationum genere requisito.

Pretium vero huiusmodi violarii quod vobis vendo est viginti quatuor libre et decem solidi monette Barchinone ad rationem numerum seu forum septem mille solidorum pretii pro milla solidis annua pensionis.

Et ideo renunciando exceptioni pecunie predicta non numeratte et non soluta, non habite et non recepta et dolo malo actionique in factum et legi qua deceptii ultra dimidiam justi pretii omnique alii juri, rationi et consuetudini contra hec repugnantibus quovismodo dono scienter et gratis remitto vobis et vestis in hiis sucessoribus de certa scientia expresse irrevocabiliter inter vivos si quid predictum violarium que vobis vendo una cum suis annuis pentionibus ac accessoriis eiusdem plus modo valet aut a modo valebit pretio ante dicto in super. Convenio et bona fide promitto ego, dictus venditor, vobis, dicto honorabile emptori et vestris, quod predictum violarium que vobis vendo una cum aliis accessoriis eiusdem faciam vos et vestros in hiis successores et quos volueritis semper habere, tenere, colligere, percipere et possidere in sana pace perpetuo contra cunctas personas quodque tenebor vobis et vestris semper de firma et legali evictione et legitima defentione eorundem et de restitutione omnium et singulorum missionum sumptuum dampnorum et interesse litis et extra omni exceptione remota sich quod predictum violarium in vobis et vestris semper habere licebit. Et ut de et super predictis omnibus et singulis vobis et vestris in hiis succesoribus diligentius cautum sit. Dono vobis in fideiussores Franciscum Julia, textorem lini habitatorem in parrochia Sancti Andree de Llavaneriis, et Jacobum Carbonell, agricolam vicinatus de Sancti Cristi termini Sancti Genesii de Vilassario diocesis Barchinone qui una in eorum et sine me tenetantur vobis et vestris in hiis sucessoribus ad solutionem huiusmodi vestri violarii et alias ad observationem omnium et singulorum per me et meos vobis promissiorum et observandorum.

Ad hec nos dicti Franciscus Julia et Jacobus Carbonell fideiussores supra dati laudantes, apporbantes, ratificantes et confirmantes predicta omnia et singula ac predictum fideiusoress unus precibus et amore ac contemplatione dicti principalis nostris in nos sponte suscipiens gratis et ex nostra certa scientia solempni stipulatione convenimus et bona fide promittimus vobis dicto honorabile emptori et vestris in hiis successoribus quod una cum dicto principali nostro et

sine eo tenebimur et teneri volumus vobis et vestris ad solutionem predicti vestri violarii et alias ad observationem omnium et singulorum per dictum principalem nostrum vobis supra promissorum et observandorum in concusse omni exceptioni remota. Preterea nos dicti principalis et fideiussores convenimus et bona fide promittimus vobis et vestris in hiis successoribus quod nos et nostri in hiis successores pro predictis et infrascriptis aut eorum aliquo et seu ratione seu occasione eorumdem non firmabimus ius nech causabimur vobiscum seu cum eis nech contestabimur litem vel concionersiam nech etiam opponemus et opponi faciemus vobis vel vestris in his successoribus per nos aut interpositam personam palam vel oculte directe vel indirecte aut alias quocumodo aliquam executionem dilatoriam solutionis vel fori declinatoriam seu peremptoriam nech aliquam aliam exceptionem juris vel facti pro predictis vel instrumentis contrariam ullo modo et impeditiuam sed etiam super his seu adversis hec impetrabimus aut impetrari faciemus a domino rege vel ad domina regina eorumque liberis procuratoribus vel gubernatoribus aut ab alia quacumque persona ecclesiastica vel seculari, minima vel excelsa, de jus potestatem habente vel habitura aliquod privilegium elongationis provisionis supersedimenti guidatici et gratis impetratis concessis aut concedendis nos et nostri in his successores non utemur nech uti etiam possimus adversus predictas et infra ubi etiam cosum privilegium promisio seu gratia concessum seu concessa sit vel concederetur imposterum ex mera liberalitate vel motu proprio concessioris vel alias favore armate viagii passagii guerre, pacis, legationis aut insultus gentium extranearum etiam in fidelium et seu expeditionis belli contra turchos et seu aliis quibuscuis introhittibus considerationibus atque causis etiam maioribus fortioribus et durioribus superius expressatus. Et sub quacumque forma vel expressione verborum quinimo convenimus et expresse concentimus quod pro predicctis et instrumentis fiat et fieri possit contra nos et bona nostra et utriusque meum insolidum exceptio fortiter et districte tanquam pro debito in juditio confesato quod unii obtineat rei judicata per appellationem vel alias non suspensa quod si secul factum fuerit hiis casibus et quolibet eorum et toties quoties id fieri contingat nos et nostris dabimus et solvemus vobis et vestris pro pena scilicet et nomina pena quinquaginta solidos monette Barchinone de qua quidem pena casu quo comitatur et exigi possit quoties in predictis fuerit contra factum due partes vobis dicto emptori et reliqua tertia pars honorabile vicarii Barchinone vel alterius cuiuscumque officialis inde executionem facienti acquiriatur et libere aplicetur qua quidem pena comissa vel non soluta vel non aut semel aut pluries gratiose remissa nichilominus predicta et infra omnia et singula rata maneant perpetuo atque firma. Et ad eorum observationem nos et nostri teneamur et stringamur et compelli, etiam possimus et possint fotiter et districte omni exceptione remotta et pro predictis omnibus et singulis complendis et firmiter attendendis tenendis et inviolabiliter observandis nos omnes predicti principalis et fideiussores obligamus vobis dicto honorabile emptori et vestris in hiis successoribus omnia et singula bona nostra et utriusque nostrum insolidum mobilia et immobilia, habita ubique et habenda.

Etiam quovismodo et jure privilegiata renuntiantes quantum ad hec beneficio novarum constitutionum et dividendarum et cedendarum actionum, et epistola divi Adriani et consuetudini Barchinone loquenti: “De duobus vel pluribus insolidum se obligantibus”. Et legi sive juri dicenti: “Dilationem iuramenti ante sui prestationem posse revocari et non valere”. Et alii dicenti quod: “Pena semel exacta amplius peti seu exigi non posse”. Et alii dicenti: “Penam quantitatis sortem excedere non posse”. Et consuetudini Barchinone si que sit que prohibeat penam dari et solvi restitutionemque missionum sumptuum dampnorum expensarum et

interesse fieri. Et quicumque alii juri, rationi et consuetudini contra hec repugnantibus quovismodo. Et nos dicti fideiussores renunciamus legi sive juri dicenti quod: "Prius conveniatur principalis contra fideiussor". Et alii dicenti quod: "Sublato principali tollatur accessorium". Et alii dicenti: "Fideiussores tenetes curiam per annuam non posse infra ipsum annum aliter conveniri nec non omnes tam principalis quarum adeiussores". Renuntiamus quantum ad hec spacio sex mensium quod datur seu conceditur debitoribus pro vendendis honoribus et solutionibus faciendis et quatuor mensium quod datur seu conceditur comvictis et condempnatis in personali actione et decem dierum quod datur seu conceditur ad luendum seu redimendum pignora omnique alii temporis, spacio in et pro similibus dari assueto. Renuntiamus etiam omni privilegio elongationis provisionis supersedimenti quidatici et gratia seu rescripti obtento vel obtinendo, emanato vel emanando, concesso seu concedendo, specialiter vel generaliter a serenissimo domino rege et a domina regina eorumque liberis procuratoribus, gubernatoribus aut officialibus quibuscunque aut ab alia etiam quacunque persona ecclesiastica vel seculari, minima vel excelsa, de his potestatem habente vel habitura. Ubi etiam ipsum privilegium provisie seu gratia concessum seu concessa sint vel fuerint aut concederentur inposterum ex mera liberalitate vel motu proprio concessoris sive specialiter sive generaliter sive etiam ratione seu favore armatte viagii vel passagii domini regis guerra, pacis, legationis aut insultus gentium extranearum, aut expeditionis belli contra turchos, aut alios fideles et infideles, aut alias pro utilitate rei publica, aut Sancte Cruciata, aut pro reparatione ecclesia Sanctorum Petri et Pauli et Apostolorum de Urbe, aut ex quacunque alia necessitate seu causa quantum eunque urgente seu necessaria etiam si foret extrema quod absit quibus quidem elongamentis guidaticis seu gratiis renuntiamus, promittimus quod vigore juramenti infrascripti his minime uti sub pena iam dicta in quam penam quoties retinemur et nostri retimentur volumus quod incidamus et incidant. Renuntiamus etiam omni firma juris omnisque libelli oblationi litis contestationi judicis assignationi et eius officio et cessionis bonorum beneficio omnique in ditiario ordini omnibusque appellationibus, reclamationibus, defentionibus, auxiliis et beneficiis contra predicta facientibus vel venientibus ullo modo. Renuntiamus etiam nos tam principali quorum fideiussores foro nostro proprio et utriusque nostrum in solidum et ipsuis fori privilegio submitentes et subponentes nos et bona nostra et utriusque nostrum in solidum foro districtui examini cognitioni et executioni curia honorabile vicarii seu baiuli Barchinone et alterius cuiuscumque curia judicis seu persona coram quo seu quibus nos et bona nostra et utriusque nostrum in solidum pro predictis volueritis convenire quem quidem vicarii vel baiulum Barchinone ac alios iudices curias et officiales predictos in iudices nostros concentimus et eorum jurisdictionem in nos et bona nostra prorrogamus de certa scientia et expresse quamvis sciamus nos eorum jurisdictioni non subesse. Renuntiamus quantum ad hec legi et convenerit de jurisdictione omnium judicum et juri revocandi dominum. Et legi sive juri dicenti quod: "Ubi ceptum est judicium ibi debet terminari et finire en continentia causa dividatur volentes et expresse concentientes quod una curia electa possitis et valeatis seu vestri possunt et valeant ipsam dimittere et ad aliam recurrere et quoties volueritis pro libito variare dum depredictis vobis et vestris aliquid debeatur habeatque fieri et compelli cepti vel non cepti in diciis aut alia exceptione non obstante". Renuntiamus legi qua varietas et in constancia judicis a jure reprobatur et ipsi etiam exceptioni et in omni casu etiam variando nos et nostri teneamur resarcire et solvere vobis et vestris in hiis successorisbus omnes et singulas missiones sumptus dampna, expensas et interesse quos quas et que in quolibet judicio et extra judicium fient et sustinebuntur. Et ipsi judices curia sive officiales ad quem seu quos habebitur recursus possint

